1928.

MAGYAR PROTESTÁNS EGYHÁZTÖRTÉNETI ADATTÁR

SZERKESZTI:
ZSINKA FERENC.

XII. évfolyam.

BUDAPEST.
KIADJA A MAGYAR PROTESTÁNS IRODALMI TÁRSASÁG.
1928.

Tudnivalók

a Magyar Protestáns Irodalmi Társaságról.

A Magyar Protestáns Irodalmi Társaság 1889-ben alakult. Célja ugyanaz volt, ami ma: A magyar szellemi törekvések szolgálata, a magyar protestantizmus erői által. Nagyszámu tudományos publikációval. népies és valláserkölcsi kiadványával látta el e fontos szolgálatot. Középponti folyóirata a PROTESTÁNS SZEMLE, mely az alakulástól kezdve pontosan megjelent a Társulat kiadásában (az 1921—1923. éveket kivéve) és homlokán ezidőszerint a XXXVII. évfolyam jelzése látható.

A Magyar Protestáns Irodalmi Társaság tisztviselőinek névsora:

Lelkész elnök: Ravasz László
Világi elnök: Bethlen István gr.
Lelkész alelnök: Kapi Béla
Világi aleln.: Kaas Albert báró
Főtitkár: Török Pál
Szerkesztő: Zsinka Ferenc
Pénztáros: Bendl Henrik
Ügyész: Fromm Lajos dr.

A M. P. I. T. tagsági dija (ezért a Protestáns Szemle is jár. évenként 20 pengő, előfizetési dij egész évre 22 pengő.

A M. P. I. T. pénztárosa: BENDL HENRIK, Budapest, IV Deák-tér 4. Mindennemű pénz, a küldemény rendeltetésének feltüntetésével, az ő cimére küldendő.

A Magyar Protestáns Egyháztörténeti Adattár régebbi évfolyamai közül a **II—XI. kötetek** korlátolt számban megkaphatók. **Egy-egy kötet ára 1.70 P.**

Megrendelhető régebbi kiadványaink főbizományosánál, a **Bethlen Gábor könyvkereskedésnél**, Budapest, Kálvin-tér 8.

[illegible]

A MAGYAR PROTESTÁNS IRODALMI TÁRSASÁG KIADVÁNYAI

SZERKESZTI:

ZSINKA FERENC.

A TUDOMÁNYOS KÖNYVSOROZAT XXXI. KÖTETE.

BUDAPEST, 1928.

MAGYAR PROTESTÁNS EGYHÁZTÖRTÉNETI ADATTÁR

SZERKESZTI:

ZSINKA FERENC

XII. ÉVFOLYAM.

BUDAPEST,
KIADJA A MAGYAR PROTESTÁNS IRODALMI TÁRSASÁG.
1928.

ORSZÁGOS
EVANGELIKUS
KÖNYVTÁR

KERTÉSZ JÓZSEF KÖNYVNYOMDÁJA KARCAG. (Telefon 26)

1.

1569. május 25. Bécs.

Miksa király Forgách Simon egri kapitányhoz. A felnémetiek panaszkodnak, hogy sokféle teherrel és szolgálatokkal sújtja őket; elrendeli tehát, hogy mindenekelőtt az eretnek prédikátort, mint már ismételten parancsoltatott, küldje el közülük, fáradságos munkákra őket ne erőltesse; évi 12 napi szolgálatnál többet tőlük ne követeljen, katonáskodásra, őrségi szolgálatra őket ne használja föl.

Maximilianus secundus dei gratia electus Romanorum imperator semper augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae etc. rex, archidux Austriae, dux Burgundiae etc. fideli nostro, magnifico Simoni Forgach de Gymes, suppremo praefecto et capitaneo arcis nostrae Agriensis, moderno et futuro salutem et gratiam. Ex oblata nobis in personis fidelium nostrorum prudentum et circumspectorum, judicis et juratorum, ceterorumque universorum civium et incolarum oppidi felnemeth, ad arcem istam nostram Agriensem pertinentem, humilima supplicatione intellegimus, qualiter ipsi diversis iniuriis, ac multiplicibus, viribusque eorum longe imparibus oneribus et servitiis, per te et officiales istius arcis nostrae opprimerentur. Et primo quidem quendam concionatorem haereticum, non ita pridem in medium eorum, ipsis invitis induci permisisses, qui reliquias illas catholicae religionis pravis dogmatibus inficere, et legitimos pastores illinc extrudere conarentur, (!) caeterum quendam etiam officialem eis, qui alias in tam propinquo absque illo a solo capitaneo regebantur, continuum contra consuetudinem eorundem imposuisses, a quo jus eis dicente, non secus ac quivis rebelles ob zelum saltem catholicae, quam profiterentur, relligionis duriter admodum et severiter tractarentur, adeo quod ultra alia onera, festivis pariter et feriatis diebus indifferenter ad continuos labores, quos quidem antiquitus ad praesentia usque tempora de singulis sessionibus quotannis non ultra quam duodecim diebus praestitissent, compellerentur lignorumque ad decoquendam calcem convectione, quae fere ad mille plaustra per annum sese extenderet, cumprimis affligerentur; cum tamen de lege et consuetudine eorum

antiqua quadraginta tantum plaustra lignorum annuatim administrare tenerentur: praeterea indesinenti vinorum educillatione, ad quam similiter olim non amplius, quam sex vasorum a festo sancti Georgii usque ad festum divi Michaelis fuissent adstricti, nimium aggravarentur, insuper, quum oppidum ipsum fossa et vallo esset circumseptum atque ob metum hostium noctes et dies excubias facere cogerentur, nihilominus tamen ad arcemque istam nostram Agriensem praeter quod quoties necessitas exigeret, militaribus etiam officiis instar militum stipendiatorum perfungerentur, vigiles per integrum annum conducere et intertenere cogerentur, a quibus singulis nisi subleventur, ad extremas miserias devenire, oppidumque ipsum desolatum relinquere eos necesse esset, unde supplicatum nobis humiliter extitit in personis eorundem civium et incolarum, ut eis in praemissa nostra gratia clementer adesse, et de opportuno remedio gratiose providere dignaremur, quorum supplicatione clementer exaudita: fidelitati tuae harum serie firmiter committimus et mandamus, quatinus acceptis praesentibus et praemissis sic ut praefertur stantibus et se habentibus, praenominatos exponentes ad nimia viresque eorum excedentia onera et servitia nequaquam compellas, ac primo quidem concionatorem illum haereticum in medium illorum intrusum quemadmodum aliisque literis nostris tibi demandavimus, statim et de facto ablegandum cures. Officialem vero praedictum continuum, postquam oppidum ipsum obediens, et arci contiguum ac proinde facile a temetipso regi potest, ab eis amoveas. Et quia a convectione etiam lignorum, qua se plurimum aggravari questi sunt, certum illos modum et ordinem habere volumus, committimus tibi, ut imposterum tu, vel successores tui, excepto tamen aliquo evidenti (quod deus avertat) istius loci periculo, a praefato oppido pro quadraginta ordinariis, centum plaustra lignorum et non ultra exigas. Ad labores denique, quos praemisso modo ordinarie duodecim saltem diebus annuatim praestitisse dicuntur, imposterum ultra illos, qui ad loca finitima munienda, publicis constitutionibus regni decreti sunt, aliaque ab antiquo usitata servitia cogere non praesumas. Porro quoniam a nimia etiam educillatione vinorum eos ex speciali gratia nostra supportandos duximus, volumus, ne eos a modo deinceps, ultra quam ad duodecim vasorum vini educillationem per annum cogas, vel cogi permittas. Postremo cum excubias arcis conductis ad id militibus nostris, et non rusticis, quod quidem non satis tutum videtur, com-

mitti velimus, mandamus tibi, ut curam eiusmodi excubiarum solis domesticis et stipendiariis militibus nostris, ut moris est, observandas demandes. Secus in praemissis non facturus, praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Viennae vigesima quinta May, anno domini Millesimo quingentesimo sexagesimo nono. Maximilianus m. p. Joannes Listhius, E[lectus] Wesprimiensis etc. m. p.

Eredeti patens, papirba nyomott királyi pecséttel. — V. ö. Bártfai Szabó László: A Hunt Paznan nemzetségbeli Forgách család története 250. l.

2.

1570. január 22. Gálszécs.

Héderváry István gálszécsi prédikátor végrendelete.

1570. In nomine patris et filii et spiritus sancti. Ego Stephanus Hederuari indignus minister et preco verbi divini, primum omnium aeternas gratias ago deo meo (quem unicum in essentia in comprehensibili et trinum in personis cum sanctis dei, iuxta manifestationem coelestem in verbo euangelii factam colui semper, et toto pectore adoravi) quod me ad multos annos cum impiis Baal servientem, tandem iuxta promissionem in Salvatore meo unico Jesu Christo datam, citra omne meum meritum spiritu suo Sancto per lucem Euangelii ex sinu aeterni patris prolati, ad haereditatem regni sui, ante jacta mundi fundamenta, credentibus praeparati regenuerit. Et vitam mihi longaevam ad senectutem fere meam benignissime concesserit. In cuius vitae meae ultima iam clausula ipsum invoco, eum cum gratitudine mentis coelebro, eidemque cum sanctis suis Angelis gloria in altissimis nunc et in futura vita voce sempiterna canam. Amen.

Ego inquam Stephanus Hedervari, corpore licet aegro [anim]o tamen per omnia sano existens de bonis a Deo mihi ad usum corporalis vitae datis, coram viris bonis subsequentibus, Nicolao Carolio, ministro verbi dominici in Uylak, Johanne Erszénigyarto, et Jacobo Branko, civibus oppidi nostri Gaàlszecz condotale testamentum.

Ante omnia magnifico domino, domino meo gratiosissimo Francisco Drugeth de Homonna ac benignissimo domino meo, domino Georgio, filio eiusdem domini gratio-

sissimi, declarandae debitae gratitudinis ergo, lego vas vini unum, et Joachimicos decem: Eosdemque dominos mihi semper clementissimos per pietatem et fidem deo debitam obsecro, ut natos meos in libero rerum ac bonorum dominio a clementissimis dominis meis in dominio iam defunctis Petro Perenio et Gabrielo Pereni mihi in filios filiorum iure perpetuo possidendo clementissime datorum, juxta literarum ab iisdem ad confirmationem autentico sigillo roboratarum consonantiam tueri ac defendere dignentur, ut pro his digna praemia in resurrectione justorum expromissione dei viventis recipiant.

Gener meus Michaël Poszto mettò Cassouiensis debet R. No. 200. quorum centum lego duabus filiabus eiusdem: Catherinae et Judith, ac filio eiusdem Carolo. Ea tamen conditione, ut summam eam Margarita, filia mea ad proprias manus accipiat, et suis natis jam dictis reservet. Centum vero florenos eiusdem debiti lego filio meo Johanni, quos ad terminum solutionis, inter nos pactum et constitutum tutoribus filii mei Johannis solvere ac deponere dictus Michaël Poszto mettò teneatur, ad conservandos.

Sunt denique vasa vinorum, quorum quatuor lego uxori meae, item quatuor eorundem studioso cuidam bonae spei lego, cuius mores cum doctrina [?] ecclesiae dei olim profutura, probabuntur. Reliqua duo vasa, quibus debet Georgius Attai, Johanni filio meo relinquo.

Post haec vineae per me reaedificatae, quae olim ad ecclesiam spectabant, ac tandem mihi appreciatum erat, partem dimidiam meridionalem sine omni solutione ad usum eiusdem ecclesiae Gaalszetziensis ministrorum relego, partem vero dimidiam septentrionalem filio meo Johanni cum uxore ea lege tenendam relinquo, si uxor mea cum filio meo Johanne in pace permansura fuerit, et curam eius fidelem in domo habuerit, lego. Ac tandem mortuo Johanne et semine eius deficiente eandem quoque partem ad praedictae ecclesiae usum similiter relego.

Reliquas vineas, quae mihi a gratiosissimis meis dominis cum domo donatae sunt, in filios filiorum Johanni, filio meo lego, quo mortuo et semine eius deficiente, Margaretae, filiae meae, et eius posteris lego.

Libros Johanni, filio meo conservandos opto.

Sunt culcitrae duae, eas duabus filiabus Margaretae lego.

Vestes [co]mmunes ut postulat iustitia, uxori dandas

censeo. Sepulturae locum fodientibus ad
quinque ulnas lego . . . . . Tallerum No. 1.
Pastori ecclesiae lego . . . . . Tallerum No. 1.
Rectori scholae . . . . . Tallerum No. 1.
Valentinus Bodoni debet. R. No. 27. hos uxori lego. M. Benedictus Ilosuanus debet R. No. 6. hos quoque uxori lego. Thomas Vayda civis Patakiensis debet R. No. 3. eos filio Johanni lego. Georgius Attai supra duo vasa vini debet R. No. 3. Johanni filio lego. Benedictus Keczkemeti pasztor Redmecziensis debet R. No. 4. hoc quoque filio Johanni lego.

Huius testamenti mei tutores et executores ex benignitate patrum meorum constitui, dominum Nicolaum, ministrum ecclesiae Uylakiensis, dominum Czekei pastorem Terebesiensem, dominum Valentinum Debreczenium, pastorem in Thorona, Johannem Erszéni gyarto, et Jacobum Branko, cives nostri oppidi Gaalszecz, quos obtestor pro innata suarum dominationum pietate, ne hoc onus in sese recipere graventur, memores olim ipsos quoque simili ope carituros. Eosdem etiam atque etiam oro ut iuxta cursum testamenti mei omnia fideliter dispensent, ut olim rationem supremo Judici Christo restituere valeant, fidelissimam.

Nunc ego iter meum ad caelestem patriam praeparaturus, veniam a tota ecclesia peto, eidemque in domino nostro Jesu Christo, cui sit gloria, et honor in aeternum. Vale ultimum a me dictum esto Amen. Actum in Gaalszecz 22. Januarii Anno 1570.

Kívül: Testamentum reverendi viri domini Stephani Hederuari. Eredeti, papíron a három testamentumos papírba nyomott pecsétjével

3.

1571. június 1. Okolicsnó.

Mágócsy János ferenczrendi szerzetes, mint a rend főnökének, Tövisi Imrének megbízottja kijelenti, hogy mivel Okolicsnón tovább magukat fenntartani nem tudják, egyházi szerelvényeikkel, ékességeikkel együtt eltávoznak. Egyben kinyilatkoztatja azt is, hogy a patronusokat közülök a jövőben ez ingóságok dolgában senki nem fogja háborgatni. Ez a nyilatkozat egyházi és világi személyek jelenlétében történt.

Ego Frater Joannes Magoczy, ordinis minorum Sancti Francisci de observantia, discretus provinciae Hungariae salvatoris et commissarius reverendi patris ministri, fratris

videlicet Emerici de Thwys eiusdem provinciae, significo omnibus, quibus expedit per praesentium tenorem, quod nos fratres minores de observantia. egregii domini nobiles, Petrus [vir honorabilis] de okolyczna et Sebastianus de eadem, de claustro in possessione okolycznensi fundato, ex quo ibidem propter defectum fratrum sclavorum victum habere non poteramus, una cum omnibus rebus monasterii et ornamentis ecclesiasticis aliunde illuc delatis in pace exire permiserunt, propria tum quae erant loci ibidem relinquentes. Quos quidem dominos nobiles patronos nostros, in persona reverendi patris ministri et omnium fratrum nostrae provinciae, per praesentes sigillo nostro roboratas, reddo securos et in posterum denuntio reddendas, ita ut nunquam aliquis deinceps suas egregias dominationes de his rebus tam in jure ecclesiastico, quam in civili querere perturbareque possit. Interfuerunt autem in hoc negotio venerabiles domini plebani, dominus scilicet laurentius, pastor de Sancto Nicolao, dominus Albertus de Sancto Andrea. Ex egregiis vero dominis, dominus Benedictus Kwbiny, vicecomes comitatus Lyptoviensis, Petrus Pongracz de Sancto Nicolao, Georgius Bellawary, Benedictus Czemyczky, Jacobus Berna, Martinus Zaborczky, Datum in eodem claustro 1. Junii, anno domini 1.5.7.1.

Frater Joannes quam superior
manu propria.

Eredeti, papiron, rányomott papírpecséttel. V. ö. Karácsonyi János: Szent Ferencz rendjének története Magyarországon 1711-ig. I. 423. és II. 128.

4.

1571. július 1. Liptószentmiklós.

Okolicsányi Péter és Sebestyén Liptó vármegye közönsége előtt az okolicsnói ferenczesektől nyilatkozatot vesznek, hogy velük nem bántak jogtalanul, hanem inkább segítették őket. Mivel most távozni készülnek, minden vagyonukat magukkal vihetik az egyházhoz tartozó hagyatéki tárgyak kivételével. Mert az előbbi szerzetesek az egyházi tulajdonból sok értékes tárgyat elhordtak, titkon eladogattak. Mindazonáltal a patronusok hajlandók a szerzeteseket a költözésben 5—6 forinttal segélyezni és számukra két tutajt szolgáltatni.

Nos Benedictus Kubini de felsu Kubin vicecomes et quatuor judices nobilium comitatus Liptoviensis, memoriae commendamus per praesentes literas nostras uni-

versis et singulis, quibus expedit. Quod cum nos dominico die proximo post ferias divi petri et pauli recens praeterito ad Sanctum Nicolaum Comitatus ipsius Liptoviensis pro tractandis publicis negotiis convenissemus, tunc egregius Petrus Pongracz a Sancto Nicolao, Joannes Sent Iwani, Georgius Paludiaj de minori Palúdia personaliter coram nobis constituti, vivae vocis suae oraculo fassi sunt et retulerunt nobis in hunc modum : Quomodo ipsi feria secunda proxima post ferias Trinitatis ad instantiam et petitionem nobilium Petri et Sebastiani Okolichnay de Okolichna in possessionem Okolichna et monasterium ad fratres ordinis Franciscanorum ibidem situatum venissent, et eosdem fratres ab ipsis patronis praenominatis interrogatos an quid iniuriae unquam a se delata habuerint, audivissent, quod nunquam quidquam iniuriarum sint a patronis suis experti. Imo semper auxilium et amorem paternum declaratum in ipsos fuisse protulerunt et quia discessum pararent omnia ipsorum propria, praeter ecclesiastica ab aliis, a maioribus suis vel alioquin piis hominibus huic templo concessa et attributa, auferendi liberam concesserint ipsis fratribus facultatis auctoritatem, utpote utensilia oeconomica eorum propria, currus, equos rhedas et alias id generis res ; sed quia ahenum et alia vasa ad braxandam cerevisiam necessaria, et horologium templi eiusdem (quod se in diversis [?] daturos praetenderent) item vestes ecclesiasticas, calices, cruces, ornata, capulas, casulas pretiosissimas tam a maioribus ipsorum, quam ab aliis pio ducto motis collata, maiori ex parte disperdiderint ac ablata furtim seu clam vendiderint, reliqua et residua attrita et vetustate corrupta et in nihilum paene redacta, amplius quoque auferri concedere nolle absque voluntate et scitu Reverendissimi domini Archiepiscopi Strigoniensis, nihilominus tamen ipsos praenominatos patronos illis fratribus in expensas pro subsidio ad auferendas commodius res ipsorum proprias quinque vel sex florenos ex amore erga ipsos et duas rates dare voluisse. Idcirco nos ad fassionem praetactorum nobilium, et instantiam Petri et Sebastiani Okolichnay aequissimam ipsis has literas nostras fassionales extradandas duximus harum nostrarum literarum vigore testimonio mediante. Datum in loco ut supra in congregatione nostra die eodem anno domini millesimo quingentesimo septuagesimo primo.

Eredeti, papíron, zárópecsét nyomaival.

5.

1572. október 25. Kassa.

A szepesi kamara Soklyósy István szatmári provizornak. A szatmári papnak őfelsége malmából évenkint 60 köböl gabona jár fizetésül felszólítja tehát, hogy a megírt gabona mennyiséget az említett prédikátornak nyugta ellenében utalja ki.

Egregie domine amice nobis honorande. Salutem et omnis boni incrementum continuum. Pastori ecclesiae oppidi istius Zathmariensis, anno adhuc sexagesimo nono pro portione sua rata ex molendino Suae Maiestatis annuatim antea sibi data deputaveramus in suam intertentionem sexaginta cubulos frumenti, quos etiam praedecessores vestri ex commissione nostra hactenus dicto pastori reddiderunt. Quare requirimus vos, ut visis praesentibus literis nostris, dictos sexaginta cubulos frumenti, etiam vos jam saepe nominato concionatori sine defectu aliquo statis temporibus porrigatis accepta superinde quietantia eiusdem sufficienti.

Cassoviae 25. octobris 1572.
Sacratissimae Cesareae et regiae maiestatis
Camerae Scepusiensis consiliarius

J. Paczoth
Petrus Faygell.

Kívül: Egregio domino Stephano Soklyossi, provisori Zathmariensi amico nobis honorando. — Haec commissio est generalis de solutione pastoris ecclesiae Zathmariensis ordinaria. Commissio concionatori in Zathmariensi 60 cub. frumenti dare 25. 8-bris.

Eredeti levél két, papírba nyomott záró pecséttel.

6.

1572. deczember 22.

A kapornaki konvent. János presbiter a konvent tagja egy alkalommal, amikor Bánffy Bálint kanizsai kapitány lakomájáról hazatérőben volt, borközi állapotban belekötött Mártonba, a német szabóba. Midőn kardját kihúzta, a szabó önvédelemből a presbitert kezén megsebesítette. Hogy a dolog perre ne menjen és nagy zajt ne üssön, János presbiter kiegyezik a szabóval, aki vállalja, hogy a seb kezelőjének három forintot fizet, amit azonnal meg is adott.

Nos conventus ecclesiae Sancti Salvatoris de Kapornak, memoriae commendamus per praesentes, quod discretus Joannes presbiter, consocius noster, et custos dictae ecclesiae nostrae, coram nobis personaliter constitutus, sponte et libere per eundem confessum extitit pariter et

relatum nobis in nunc modum, quomodo ipse, die hesterna magnifico domino Valentino Banffy de Thallowcz, supremo capitaneo Kanisiensi, hic in Kapornak cum certis familiaribus suis et subditis existentibus, per eundem dominum capitaneum circa mensam suam, more alias consueto ad prandium fuisset invitatus ibique honorifice et laute fuisset tractatus, vinoque tandem repletus, a mensa recessisset, et exiguo temporis spatio cum quodam germano Martino sartore, stipendiario Kanysiensi, sub ductu et capitaneatu dicti domini Valentini Banffy militante, orta quadam contentione et rixa, idem Joannes presbiter dictum sartorem germanum, ante portam castelli huius Kapornak pacifice constitutum, armata manu invassiset, ibique educto gladio in eundem sartorem feriendo, cuius impetum cum nullo pacto evitare posset, in sui deffensam vim vi repellere volens, dictus germanus sartor, in manu dextra dictum Joannem presbiterum vulnerasset et sacuiasset, quod factum dum dicto domino capitaneo innotuisset, magno dolore perfusus et conturbato animo existens, volens in illos animadvertere, prout boni capitanei officium exigebat, dictum sartorem detentum, contra dictum Joannem custodem judicio sistere, et cum recognitione juris pervenire, sed quia dictus Joannes presbiter, tactus bona conscientia, considerando id maiori in parte ex intemperantia vini sibi evenisse et propterea nolens cum eo iure agere, sed potius volens hoc vulnus sibi inflixum patienter ferre, ne ulterius ad cognitionem aliorum extraneorum pro evitanda mala suspitione, hoc facinus extendatur ordinativa itaque compositione egregiorum Balthasaris Anyos de fayz, Vitalis Kwskoczy, Ladislai Egheraly et Martini Oltharczy, notario huius conventus nostri, ad sedulam requisitionem et petitionem dicti Joannis presbiteri apud dominum capitaneum, ne juridice revideretur, interpellante. Hoc factum ad talem pacis et concordiae deduxissent unionem ut dictus Martinus sartor medico, seu curatori vulneris florenos tres solvere debeat, prout persolvit ac de praemissis eaedem partes se se mutuo stipulata manu reconciliando, dictus Joannes presbiter memoratum Martinum sartorem quittum et expeditum ac modis omnibus absolutum reddidit coram nobis harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum feria secunda proxima post festum beati Thomae apostoli, anno domini millesimo quingentesimo septuagesimo secundo.

Eredeti, papíron, kívül a konvent papírra nyomott pecsétjével.

7.

1573. január 20. Nagyszombat.

Mindszenthy András sasvári esperes, kanonok, esztergomi érseki ügyész Deseő Farkas nemes embert többszörös nyakassága és engedetlensége miatt az egyházból excommunicálja. Mivel ezt az excommunicatiót makacs lélekkel továbbra is fönntartja maga ellen és nem szándékozik a szent egyház ölébe visszatérni lelke veszedelmére és a Krisztusban hívőknek nyilvánuló megbotránkozására, ezért helyes dolog, hogy ha a nyakasság növekszik, a büntetés is nagyobbodjék, hogy Deseő Farkas a maga engedetlenségével ne kérkedjék. Érvénybe lépteti tehát ellene az excommunicatió súlyosabb formáját, amely előírja, hogy minden vasárnap és más ünnepnapon, midőn az istentiszteletre nagyobb sokaság gyűl össze, meghúzva a harangokat, a gyertyákat meggyújtva, majd ismét eloltva és a földre dobva, a szószékből, mindaddig míg nem engedelmeskedik, hangosan hirdessék ki az excommunicatiót. Egyúttal inteni kell az embereket, számra nézve mintegy negyven személyt, hogy Deseő Farkassal ne egyenek, igyanak, beszéljenek, kereskedjenek, neki tüzet ne adjanak stb., hanem tartózkodjanek a vele való minden érintkezéstől. Tizenöt nap engedtetik számára, hogy azalatt, ha nem is az Isten szeretete, de a fegyelem szigora inditására magát elhatározza. Ennek elteltével, ha engedelmességre nem tér, minden ünnep és vasárnap jelentsék ki az előbbi módon a kiközösítést. Aki a negyven emlitett személy közül a tilalom ellenére érintkezik vele, a levél erejénél fogva a kiközösítés bűnébe essék. Ha ezen idő alatt Deseő Farkas, vagy más engedetlen a nevezettek közül az istentiszteleten megjelenik, a rendelet meghagyja a papoknak, hogy őket űzzék ki a templomból, ha pedig erre nem volna elegendő erejük, hagyják aba az istentiszteletet, okát adván távozásuknak. Azokat a helyeket, ahol Deseő Farkas jár, szintén egyházi átok alá veti a rendelet, tehát ott sehol a tartózkodásától számitott három napig istentiszteletet tartani, halottat temetni nem szabad. Föl kell hívni Deseő figyelmét arra, hogy ha harminc napnál tovább marad kiközösítés alatt, a világi hatalom jurisdictiója alá kerül. A büntetés hathatóssága érdekében meghagyja a rendelet az érdekelt plébánosoknak, hogy ez excommunicatiót kimondó okirat másolata egy ideig mindenütt kifüggesztessék.

Andreas Mindzenthy archidiaconus Saswariensis, canonicus et in spiritualibus vicarius ac causarum auditor ecclesiae metropolitanae Strigoniensis generalis. Dilectis nobis in Christo honorabilibus ecclesiarum parochialium plebanis et eorum capellanis, altarium atque capellarum rectoribus caeteris etiam presbiteris quibuscunque sub jurisdictione spirituali Strigoniensi ubilibet constitutis et existentibus, qui cum praesentibus fueritis requisiti aut alter vestrum fuerit requisitus, salutem in domino sempiternam et nostris firmiter obedire mandatis. Dudum si quidem ad instantiam egregii Cristopheri Bossany nobilem Wolffgangum Desew exigentem eius multiplici contumacia, contemptu et non paritione juri, et eorum occassione, mediantibus aliis litteris nostris, habitis ter-

minis et dilationibus observatis excommunicavimus et excommunicatum denuntiavimus et denuntiari in partibus fecimus, qui et de facto etiam in partibus denunciatus extitit, prout ex certorum dominorum plebanorum praedictarum nostrarum literarum executorialium, relatoriis literis superinde confectis nobis extitit plena fides, et quia ex earundem literarum relatoriarum tenoribus comperimus, quod dictus nobilis Wolffgangus Deseo huiusmodi excommunicationem diu sustinuit et adhuc sustinet animo indurato et rebelli, in duritia et pertinacia eius contumaciter perseverando; nec curat ad gremium sanctae matris ecclesiae redire, in animae suae perniciem et scandalum christifidelium plurimorum manifestum.

Quare pro parte praedicti egregii Christopheri Bossany habita cum instantia nobis fuit supplicatum, quatenus ad aggravationem dictae excommunicationis sententiae, et alias censuras ecclesiasticas, contra eundem Wolffgangum Desew excommunicatum procederemus. Nos itaque attendentes huiusmodi supplicationem fore justam et juris consonam, quodque contumacia crescente merito habet augeri et poena. Et ne idem nobilis Wolffgangus Deseo excommunicatus de sua inobedientia, rebellione et contemptu, quomodolibet valeat gloriari, huiusmodi aggravationem contra eum decernendum duximus ipsumque aggravamus in his scriptis. Vobis igitur dominis supradictis, et vestrum cuilibet insolidum in virtute sanctae obedientiae et sub excommunicationis poena, quam in vos et alteros vestrum nisi feceritis, quae mandamus trium dierum canonica monitione praemissa, a die requisitionis vobis fiendae computando ferimus in his scriptis, districte praecipiendo committimus et mandamus, quatenus statim dum, cum praesentibus fueritis requisiti, aut alter vestrum fuerit requisitus, ita enim, ut in his exequendis unus vestrum alterum non expectet, nec unus pro alio se excuset, praefatum nobilem Wolffgangum Desew excommunicatum et aggravatum, in vestris et cuiuslibet vestrum ecclesiis, singulis diebus dominicis et aliis festis infra missarum solennia, dum in eisdem ad divina audienda major convenerit populi multitudo, pulsatis companis, candelis accensis, et iterum extinctis et in signum maledictionis aeternae in terram proiectis, publice et in ambone alta et intelligibili voce denuncietis, seu faciatis denuntiari. Tam diu donec ecclesiae et nostris venerit parere mandatis, aut a nobis, vel superiori nostro, aliud habueritis in mandatis. Et de eius absolutione vobis constiterit evi-

denter, necnon palam et intelligibili voce ex parte nostra moneatis, et in eorum propriis personis requiratis, universos et singulos utriusque sexus homines, quos vobis praedictus egregius Christopherus Bossany, aut ipsius procurator praesentium scilicet ostensor duxerit nominandos, usque ad numerum quadraginta personarum, quos et nos serie praesentium requirimus et monemus, ne cum praefato nobili Wolffgango Desew excommunicato et aggravato in cibo, potu, loquella, emendo, vendendo, pistando, molando, aquam et ignem dando, aut alio quovismodo cum eo contrahendo participare, seu aliam quamvis communionem habere praesumant. Sed ab huiusmodi participatione, seu alia quavis communione praefati nobilis Wolffgangi Desew, excommunicati et aggravati effectualiter abstineant, quam potius eundem evitare debeant. Tamdiu donec in huiusmodi excommunicationis et aggravationis sententiis damnabiliter perseveraverit, ac ecclesiae et nostris venerit parere mandatis, exceptis personis et casibus de jure permissis, et si forsan idem nobilis Wolffgangus Deseo excommunicatus et aggravatus huiusmodi excommunicationis et aggravationis sentencias per quindecim dies a die huiusmodi vestrae denuntiationis immediate computando, animo (quod deus avertat) sustinuerit indurato et rebelli, ex tunc ut quem amor dei a malo non revocat, saltem saeveritas disciplinae eundem coherceat a peccatis:

Post dictorum quindecim dierum spatium, canonica monitione praemissa, ipsum nobilem Wolffgangum Desew excommunicatum et aggravatum extunc prout ex nunc, et ex nunc prout extunc, reaggravamus in his scriptis, quem et vos et vestrum quilibet, in vestris et vestrorum cuiuslibet ecclesiis, singulis diebus dominicis et aliis festis, infra missarum solennia, dum in eisdem ad divina audienda maior convenerat populi multitudo, pulsatis campanis, candelis accensis ac demum extinctis, et in signum maledictionis aeternae in terram proiectis, publice et in ambone excommunicatum aggravatum et reaggravatum de nuncietis seu faciatis denunciari, tamdiu donec a nobis, aut superiori nostro aliud superius habueritis in commissis. Qui vero monitiones et requisitiones huiusmodi vestras imo verius nostras de quadraginta personis nominatim et in specie per vos factas contempserint, et infra sex dierum spatium a die huiusmodi vestrarum monitionis et requisitionis de ipsis factorum computando quos dies eis et cuilibet ipsorum pro primo, secundo, tertio et peremp-

torio termino monitione canonica assignamus, a participatione praedicta non destiterint, illos omnes et singulos propter eorum contemptum et contumaciam, dicta canonica monitione praemissa exnunc prout extunc, et extunc prout exnunc, consimili excommunicationis sententia innodamus in his scriptis, et quemlibet ipsorum incurrere volumus, ipso facto, et extunc in praedictis vestris et cuiusliibet vestrum ecclesiis dum ibidem ad divina audienda maior populi convenerit multitudo, infra missarum solennia singulis diebus dominicis aut aliis festis pulsatis campanis, candelis accensis, ac iterum extinctis ac in signum maledictionis aeternae in terram proiectis publice et in ambone excommunicatos fore denuncietis, seu faciatis denunciari, tamdiu donec et quousque ecclesiae et nostris venerint parere mandatis. Vosque a nobis, vel superiori nostro aliud habueritis in mandatis.

Cum autem vos domini supradicti in vestris ecclesiis divina celebrabitis officia, dictusque nobilis Wolffgangus Deseo excommunicatus, aggravatus, et reaggravatus sive participantes cum eo excommunicati, a[ut] eorum aliquis convenerint ibidem ad ipsa divina officia audienda, ipsos et eorum quemlibet de ipsis ecclesiis vestris expellatis, quod si commode facere non possetis ut juris est, a divinis cessetis. Causam cessationis huiusmodi fideli plebi exponendo. Nos vero exnunc prout extunc, et extunc prout exnunc, per modum reaggravationis huiusmodi civitates, castra, oppida, villas et quaecuncque alia loca, ubi idem nobilus Wolffgangus Desew, excommunicatus, aggravatus et reaggravatus moram traxerit, seu declinaverit, dicta canonica monitione praemissa in his scriptis subjicimus firmissimo ecclesiastico interdicto, ita quod in eisdem ipso nobili Wolffgango Desew excommunicato, aggravato et reaggravato praesente, et post ipsius recessum per triduum in ibi nulla divina officia peragentur, nec mortuis illic decedentibus ecclesiastica concedatur sepultura, medio tempore autem infirmis valetudinariis ac aliis poenitentibus confessionis sacramenta, baptismaque parvulorum nullatenus denegentur. Certificando nihilominus eundem nobilem Wolffgangum Deseo aggravatum et reaggravatum, quod si in huiusmodi sententiis, animo (quod deus avertat) indurato, pertinaci et rebelli per triginta dies perstiterit, extunc ad invocationem brachii secularis contra eum procedemus. Ut autem omnia et singula praemissa, ad singulorum notitiam evidentius deducantur, vobis omnibus et singulis dominis supradictis et cuilibet

vestrum, qui super hoc fueritis requisiti et alter vestrum fuerit requisitus, sub poena praefata excommunicationis mandamus, quatenus copiam praesentium literarum in portis ecclesiarum vestrarum et locorum ubi praefatus Wolffgangus Desew, excommunicatus, aggravatus et reaggravatus inobediens et rebellis, et cum eo participantes excommunicati, se eorum aliquis h — — — faciatis affigi et extendi et tandem affixam et extensam — — — permittatis, quousque per publicum conspectum copiae ipsius omnia et singula in eis contenta fiant cunctis manifesta. Et a praemissis omnibus et singulis non cessetis, donec a nobis vel superiori nostro aliud habueritis in mandatis. Absolutionem vero omnium et singulorum, qui praemissas nostras sententias incurrerint, nobis vel superiori nostro tantummodo reservamus. Quicquid autem in praemissis feceritis, nobis per literas vestras patentes harum serie et [r]esignationem in se continentes fideliter et conscientiose rescribatis. Praesentibus in specie remissis, in quorum omnium et singulorum fidem et testimonium praesentes literas nostras fieri et sigillo vicariatus nostri officii impressione, jussimus et fecimus communiri. Datum Tyrnauiae, vigesima die mensis januarii. Anno domini millesimo quingentesimo septuagesimo tertio. Gabriel Goda notarius capituli et sedis ecclesiae Strigoniensis, manupropria.

Eredeti, kissé rongált patens, rányomott papirpecséttel.

8.

1574. julius 16. Gyulafehérvár.

Somlyai Báthory István Sulyok Imrének és Sombory Lászlónak, országos jelentőségü dolgokról ír. Egyben megbízza őket két könyv megvásárlásával.

Egregii nobis dilecti. Salutem et favorem. Ne vellyetek valamy feledetlenssegnek, a vagy gondvyseletlensegnek, hogy annyra kesleltettyuk az valaztetelt, mert yeles okay vadnak, nem kesünk ymmar vele, mellyet bizonyos okokerth kelletet edig el hallaztonunk. Azon közbe myvel hogy az keves vartatast es haladekot könnyebben el szenvedhessetek im kültünk egy Debreceny embertül kölchegtekre kett szaz forintot. Dhe hogy meg yelenchem az okat az kesedelemnek, egy postat bochattunk Vasarhelrül az portara, melly mihent meg yő, azonnal fel kül-

gyük az valaztot, velem hogy tyzen öted napnal touab nem hallad az dolog. Ez is legien vygaztalastokra, hogy ott fen valo leteletekkel mind nekünk, mind penigh az hazanak es magatoknak szolgaltok. Azerth patenter szenueggyetek az ott valo ylesth es kesedelmet. Touabba az Debrecenyek mellett yrtunk chaszarnak. Az dolgot penigh ugian ő tülek meg ertytek bőuebben. Azerth az my leuelünket aggiatok be velek az Cassay Camarassoknak informatioyaual egietembe ő felsegenek es yo valaztherth törekeggyetek.

Kegyelmetek talalt volt egy historiat, kit tyzen nyolcz talleron tartnak volt az mint Thamas vram mond[ja] Az[erth] vegietek meg en nekem, es egy Hieronymus Zanchust de tribus Elohim etc. Isten tarchon meg bennetek yo egessegbe. Datum Albae Juliae 16. Julii 1574.

Stephanus Bathory de Somlyo.

Kívül: Egregys Emerico Sulyok protonotario ac Ladislao Sombory, directory causarum nostrarum, et apud S. Caesaream et regiam maiestatem etc. oratoribus nostris. Nobis sincere dilectis.

Eredeti missilis, kissé szakadozott állapotban.

9.

1574. november 12. Pozsony.

Muthy Benedek érsekújvári tiszt számára előírt hivatali rendtartás. Ezek között szerepel az is, hogy az eretnek papokat és iskolamestereket hivatali hatósága területén ne tűrje meg; a mise a régi módon szolgáltatandó, az esperest (archidiaconus) az egyházi felülvizsgálatra bocsássa be, védelmezze, hogy hivatásának megfelelhessen.

Ordinatio egregii Benedicti Mwthy, militis sacrae Caesareae Regiaeque Maiestatis in arce wywar Archiepiscopali.

Idem Benedictus Mwthy habebit integrum officiolatum Dregely, sub quo sunt possessiones Dregely, Hydwegh, Hont, Sypyk, Patak, Pwzta Daythar, et tria wadkerth, ad equos sex:

Ad quos in servitiis suae Maiestatis extra officium sive in arce Wywar, sive in campo et exercitu fuerit, habebit ad singulos equos per mensen . . . . flor. 2.

Item habebit pro subsidio annuo et pro vestitura ex gratia suae Maiestatis durante beneplacito . . flor. 28.

Vini akones Posonienses . . . . . 6.

Quod si vinum in specie dari non poterit, dabuntur pro singulis akonibus denaros quadraginta . . den. 40.

Debebit autem idem officialis omnes proventus Archiepiscopales iuxta antiquam consuetudinem ex officiolatu suo ad manus administratoris proventuum sine omni damno administrare rationemque de illis omnibus tenere et judicem ac juratos uniuscuiusque possessionis in exactione illorum sibi adhibere.

Item conceditur sibi ex gratia Maiestatis Caesareae id quoque tricitum, quod ex telonio Hydvegiensi quotannis provenit.

Hereticos plebanos ac scholares in officiolatu suo non patiatur, missaque veteri modo peragatur, archidiaconum ad visitandum admittat et contra omnes defendat, ut officium suum in spiritualibus exequi queat.

Quod si ultra annum servire nollet, tribus vel quatuor mensibus suae Maiestati ante annum significet, et ad id teneatur, ut alius loco sui ordinari possit.

Negotiatores et omnes per officium eius iter facientes, tuto et absque impedimento ipsorum iter peragere faciat et permittat.

Inter colonos ratione cuiusvis actus et controversiae juridice de finitae birsagium ultra unum florenum non exigat, sed si quis maiorem poenam merebitur ad administratorem deferat.

Colonos officiolatus sui in ipsorum consuetudinibus conservet, cum iisdem in causis et juribus ipsorum defendendis procedat.

Cum opus fuerit colonos ad opera arcis expediat et mittat. Ad pecunias testamentales et depositi, ac si quis alienigena, pecuniam aliquam in officiolatu suo deposuerit, morteque praeventus fuerit, se non ingerat.

Proventus nundinarum non secus, quam recepta consuetudo est exigat, in quibus exigendis judex et juratus penes officialem sint. Ab adulteris vel adultera et scortatoribus viris ac faeminis ultra unum florenum birsagium non exigat, sed si maiorem poenam merebitur, illud ad provisorem referat.

Quod si coloni Maiestatis suae, equum, Turcam aut alias res Turcicas lucrabuntur Maiestati suae serventur.

Pecora si quae a propriis ipsorum dominis aberrassent, antequam tribus foris proclamari fecerit, sibi officialis non usurpet, et si eorum dominus proprius seu possessor inventus fuerit, officiali unum florenum teneatur, velut cum eo concordare poterit, si autem binarium numerum talia pecora excesserint, nec dominus proprius

inventus fuerit, quod supra hunc numerum fuerit, erit Maiestatis suae, et ad administratorem referatur.

Ad suas proprias necessitates colonos invitos non cogat.

Hoc tamen ex gratia duranteque beneplacito Maiestatis suae, ipsi conceditur, ut de singulis decem colonis sessionatis unum falcatorem, qui uno saltem die falcet, falcataque cumulet et comportet, et unum currum, qui duabus vicibus lignum vehat, una vice ad festum naticiorum domini, altera ad festum Paschatis habere possit, quod si pluribus opus habuerit, praetio conducat, neque quicquam a colonis minis extorqueat, vel invitis exigat, sed si domus aut stabulum eius in arce fuerit reparandum, administratorem requirat.

Quod autem attinet ad eius officiolatum, quatenus est officialis bonorum praefatorum subesse debet authoritati administratoris, quatenus autem miles est, quia cura et gubernatio rei militaris capitaneo incumbit, ipsius capitanei Maiestatis Caesareae jurisditioni subesse debet. Quandoquidem ea sit inter administratorem et capitaneum distinctio, ut administrator bona, proventus et subditos curet, capitaneus vero arcem, milites et res militares.

Hoc autem, per expressum sibi declaratum esse sciat, ut obsidionis ac aliorum quorumcunque periculorum (quod Deus longissime avertat) tempore, obligatus sit semper in eadem arce Wywar archiepiscopali, omnem eventum Martis experiri, talique tempestate ingruente unacum reliquis militibus utriusque fortunae eventum expectare, sustinere, et in ea constanter permanere.

Data Posonii, die duodecima mensis Novembris, anno domini M. D. LXXIIII.

Agriensis m. propria. Baro à Kharlingh mp.
Joannes Zermegh m. propria. G. Hozuwtoti mp.
Petrus Wsaly m. propria.

Más kézzel: Sacratissima Maiestas Imperatoria D[ominus] N[oster] C[lementissimus] dignata est clementer per mandatum suum, decima sexta die decembris, anni proxime transacti septuagesimi quinti editum, officiolatum Dregel, cum omnibus proventibus, egregio Benedicto Muty, officiali, durante beneplacito Maiestatis suae concedere, ita ut bene instructum semper habeat equitum suorum numerum ei diligenter serviat. Actum Posonii die nona februarii, anno M. D. LXXVI.

Ex Consilio Camerae Hungaricae

Mathias Ebeczky
Secretarius manupropria.

1576 márc. 16-án Wághy Ferenc részére a verebélyi tisztségben előírt szabályok között szintén szerepel az eretnekekre vonatkozó ren-

delkezés: Haereticos plebanos et scholares in officiolatu suo non patiatur, missaque veteri modo latine peragatur etc. Nemzeti Múz. It. Törzsanyag. 1576.

Eredeti, papíron.

10.

1575. január 4. Pápa.

Radéczy István egri püspök és királyi helytartó kiadja Thallóczy Bánffy Ferenc végrendeletének másolatát. Bánffy testamentomosaiul fölkéri Hathalmi Mátyás kapitányt, Ormányi János pápai praefectust, Thúry Farkas kapitányt, Czakó Ambrust, és tisztelendő Sztáray Mihály pápai predikátort.

In nomine sanctae et individuae trinitatis, patris et filii et spiritus sancti amen. Anno a nativitate Christi millesimo quingentesimo septuagesimo quinto, Papae, quarta die mensis januarii. Ego Franciscus Banffy de Talocz licet corpore aeger et imbecilis, tamen per Christi gratiam mente sana, animo deliberato animae meae, consanguineorum, servitorum ac debitorum meorum quieti volo providere et de rebus meis a deo mihi collatis et eius gratia ad me de jure condescensis salubriter ordinare omnibus melioribus modis et formis ut in praeiudicium consanguineorum, servitorum ac debitorum non fiat. Hoc praesens nuncupativum testamentum, seu ultimam meam voluntatem ordino. Et in primis quidem, quoniam anima mea melior et praeciosior est corpore et rebus humanis, de aeterna regis misericordia plene confido. Quod cor contritum et humiliatum non despiciet quique ut suum redimeret populum, gustare voluit calicem passionis, animam meam ex nunc omnipotenti deo et eius coelesti curiae, et corpus meum eius matri terrae commendo. Et si me in hac aegritudine mori contigerit, corporis mei sepulturam in ecclesia Papensi, ubi a juventute suae Maiestati servitia fideliter praestiti; juxta ritum et consuetudinem sanctae catholicae ecclesiae volo, itaque extremae ordinationis seu ultimae voluntatis exsecutores in rebus meis et negotiis dominos amicos meos Mathiam Hathalmy capitaneum sacrae Caesareae Maiestatis, Ambrosium Czhako, ac reverendum Michaelem Sztaray, concionatorem Papensem (quos ab initio iustitiae amatores et mei benevolos esse cognovi) constituo et rilenquo ac eos rogo tanquam fratres meos in Christo dilectos, ut huic dispositioni meae rectum faciant et de rebus meis mobi-

libus omnibus videlicet aureis, argenteis, armaturis bellicis, vestibus, frameis, mucronibus, pennis, monilibus equis Thurcis, captivis, vinis, clipeis, hastis et aliis quibuslibet universis, quas ob imbecilitatem nunc in specie enumerare non queo, coram honestis viris et personis reges[tru]m et inventarium faciant; deinde vel ipsis rebus, vel iisdem venditis, servitoribus meis tam ipsis, qui a pueritia penes me calidum et frigus sustinuerunt, quam etiam aliis, qui conventiones et ordinata salaria habuerunt, iuxta eorum merita et conventiones persolvantur, ittem lego, ut omnibus debitoribus, concreditoribus meis, qui sufficienter me ipsis debere comprobaverint, satisfiat. Item lego ut universae res, quae a solutione servitorum ac debitorum remanserint, dividantur aequaliter inter filium quondam Wolffgangi Pernezy filios, quondam Francisci Thahy uxorem et filias quondam Jacobi Sithkey, tanquam consanguineos et fratres meos charissimos. Nam propinquiores fratres ego non habeo. Item ut domini executores laborent apud suam Maiestatem, ut debita Sua Maiestas persolvi facere dignetur. Nam si Sua Maiestas debita illa non dignabitur restitui, debitoribus et concreditoribus meis executores minime satis facere poterunt. Item a domino Nicholao Istuanffy praetium Thurcae, quem dedi pro redemptione fratris sui iuxta tenorem literarum obligatoriarum, repetant et in solutionem debitorum convertant. Postremo oro et supplico Sacratissimae Caesareae regiaeque Maiestati pro deo optimo maximo ob diuturna mea servitia, ne ulla in parte hanc meam testamentaliter dispositionem et legationes meas frangere et molestare, quin potius defendere et firmare clementer dignetur. Actum praesentibus et convocatis praedictis executoribus ac egregiis viris Gregorio Gazdagh, Thoma Zekel, Valentino Racz, Balthasaro simliliter Racz, Michaele Zokoly et Benedicto Nagy die praedicto et anno.

Rányomott papírpecséttel. Az oklevélből csupán a végrendeletet közöljük. A másolat kiállításának kelte 1576. jan. 31. Pozsony.

11.

1575. július 23. Szatmár.

Znióvárallyai Barnabás szatmári lelkipásztor Soklyóssy István szatmári provizortól két havi járandósága fejében fölvett 10 kassai köböl gabonát.

Ego Barnabas Zymiowaralliensis, pastor ecclesiae

Zathmariensis, fateor et recognosco, quod ratione duorum mensium anni 75 a 23. May usque 23. July eiusdem anni computatorum, in solutionem meam ordinariam annis singulis eodem modo currentem me ab egregio domino Stephano Sokliossy, provisore Sacratissimae Caesareae Regiaeque Maiestatis, loci illius Zathmariensis percepisse triciti Cassovienses cubulos decem. Quapropter praedictum dominum Sokliossy provisorem hac Apocha mea quietum reddo et expeditum. Actum Zathmar 23. July. Anno 1575.

Idem qui supra, manupropria.

12.

1575. Selmecbánya.

Schwengler Márton iskolaigazgató beadványa Selmeczbánya tanácsához. Ismerteti azokat az ellenségeskedéseket, melyek őt a lelkipásztor részéről érték és megjelöli a békés megegyezés útját, hivatkozva érdemeire az iskola körül.

Cum prudentissime domine judex, omnibus viris bonis T[itulo] P[leno] et inclito senatui bene constet, me legitima ratione et modo ad gubernationem iuventutis scholasticae periculoso hercle pestis videlicet tempore, deserta commoda mihi et meis fructuosaque satis conditione huc venisse, et me hucusque sobrie vixisse, vocationis munia diligenter et fideliter pro virium posse, quod et examina publica, bis superiori anno habita, numerus scholasticorum, peregrinorum, praesertim magnatum et nobilium, et nulla reprehensio, vel negligentiae, vel morum testatur, fecisse; nolo haec omnia nimium exaggerare, ne praeco propriae laudis dicar, saltem obnixe P. T. peto, gravamina proxime exposita honorem et dignitalem rectoralem, quae ratione officii et propter iuventutem, debet non minus, quam pastoralis esse integra, laedentia, non gravatim dignetis cognoscere, et me ob amorem iustitiae et veritatis paterne defendere.

Die januarii 29. inter 1. et 2. horam pomeridianam d[ominus] pastor cum Mathia in scholam venit, ac inter caetera, quantum senatus Mathiae pro laboribus scholasticis hebdomadatim numerare decreverit, quaesivit. Respondi 65 den[arios]. Iratus dominus pastor dixit multa, ac inter caetera: Animaduerto senatum nolle habere, neque expetere viros doctos. Subieci auditorem retulisse d[ominos] scholarchas ampliorem promisisse mercedem. Magister:

Quid sunt scholarchae, quid intelligunt. Si omnes conflarentur in unum, non tantum possent consulere scholae, quantum ego. Video, ipsos cantores, qui subservire [l] ipsorum voluptatibus, eosque excitare possunt, amare et expetere. Potuit d[ominus] Salius Romanum, umbram hominis promovere et illi 80 den. impetrare, hic negligitur. Mandavit tandem Mathiae, ut a scholasticis laboribus penitus abstineret, quod etiam factum. Se quoque non amplius laboraturum dixit. Mandavit et mihi, ut haec vel D[omino] judici, vel d[ominis] scholarchis significarem. Feci ego quod ratio mei officii postulavit, ea ipsa die conveni d[ominum] judicem, altera sic suadente d[omino] judice d[ominum] doctorem, tertia P. T. partem saltem eorum, quae acta fuerant, referens. Cum d[omino] Magistro tardius responsum afferrem, caepit et irasci mihi, et suspicari quasi negligentius aut mala fide partes Mathiae agerem, quod ex signis certis animadverti, imprimis vero quod ex eo, quod mensis huius die 1. circa 8 matutinam, me per Mathiam furti accusare non dubitavit, quod 50 den. defalcatos ex reditibus scholae retinuerim pro usu privato et adolescentibus non dederim secundum consuetudinem. Duabus tunc rationibus non dimisso Mathia, crimen furti a me amovere conatus sum, probans praesente cantore, collega et omnibus adolescentibus me iustum esse. 1. Testimonio ipsius oeconomi, qui praesentibus omnibus fatebatur se, non autem me, et accepisse, et exposuisse pro carne numos 50. Altera Arithmetica, cum Mathias primam hanc suspectam haberet, et certissima (colligendo omnia in unam, quae vel scholastici singuli acceperant, summam, vel in usum scholasticorum aliorum praesente Mathia) illa die exposita fuerant, et conferendo summam cum ea parte, quae adolescentibus ea scripta cessit. Mathias hac ratione victus abiit: ego vero usus sum protestatione.

Authoritas aliis etiam modis profligatur: Mathias privatus adhuc, privato consilio, hoc est me insalutato actionem acolasti instituit, et continuavit; advocatis etiam spectatoribus nobis omnibus insciis. Eadem ratione privatam curam puerorum suscepit, quae tamen ego omnia pacis et concordiae causa dissimulavi hucusque, et quia suo more pergit vivere. P. T. faciat ut desistat: deinceps enim volo uti mea authoritate. Suum enim cuique tribuendum.

Quod ad scholasticos attinet. Gratulor mihi plurimum pestes disciplinae honestae discessisse, quas turbas de-

derint, et quam petulanter, praesertim cum se a nostro coetu excluderent, vixerint, bonis scholasticis et honestis notum est. Spero deinceps statim scholae tranquilliorem futurum. Fuisse bis factiosos demonstrabo, si res postulabit. At quia discesserunt, non arbitror opus esse hac de re deliberatione. Daturi sunt sine dubio poenas suae ingratitudinis et petulantiae deo, graves. Quod in authorem gravius animadverterim, et vim vi depulerim, consideratis omnibus circumstantiis proxime expositis P. T. minus aegreferet. Atrocia petam ordine iustitiae atrocius punienda.

Domini pastoris labores, magnifici, et fuerunt mihi pergrati, et si volet deinceps quoque accepti erunt. Vivat modo mecum amice, ut experiar vere et de eo dici posse illud poetae didicisse fideliter artes. Emollet mores nec sinit esse feros. Pulchrum habitare fratres in unum. Non facile obtrectatoribus credat, si quid adfertur, vocet me secundum mandatum Christi, moveat, et si morosiorem me exhibuero, obiurget durius. Confirmet nos, sua instituat eruditione, non contemnat. Si cui contingit docto sapientia maior, 'doctrina hic alios instruat ipse sua *ὡς ἡδὺ συνέσις κρυσότης κεκραμένη*. Si sic mecum vivere volet, testor deum, debitam reverentiam et officii et eruditionis ratione illi sedulo praestabo, ipsum ut patrem reverebor. Tantum reliqua deo committo. Et P. T. quae videbit ut mea mihi restituantur. Faciet hoc propter deo ac iustitiae studiosissimos et subsequentes ludirectores, ne authoritas ipsorum concidat et serietas crescat.

T. P. reverenter colens Martinus Schwenglerus, ludirector afflictissimus.

Kívül: Nobilitate generis, eruditione spia[?] et omni virtutum genere praestantissimo viro domino Johanni Salio judici Scheb[niciensi] domino compatri reverenter colendo. Rájegyezve más kézzel: In 22. februarii Ao. 75. hora 4. com. acceptum. Compositione usi sumus.

V. ö. Breznyik János: A Selmeczbányai ágost. hitv. evang. egyház és lyceum története I. 343. Breznyik szerint 1575-ben Schwengler, vagy Dudok Márton, e gyatra latinságú levél irója Körmöczbányára ment igazgatónak.

Eredeti, papíron. Négy drb. rányomott pecséttel.

13.

1576. október 28. Pozsony.

Borhy Mátyás ferencrendi provinciális nyugtája 60 pozsonyi mérő gabonáról és 20 veder borról, amelyet a pozsonyi, nagyszombati és soproni monostorok számára három havi adomány fejében Baranyay Istvántól, a pozsonyi érseki udvar gondozójától fölvett,

Nos fratres franciscani, Posonii degentes, recognoscimus per praesentes literas nostras, quod egregius dominus Stephanus Baronyay, provisor curiae archiepiscopalis Posonii habitae, ex commissione dominorum consiliariorum Camerae Hungaricae, ratione sacrae eleemosinae, per Serenissimum principem, dominum, dominum Carolum archiducem Austriae etc. dominum nostrum clementissimum, nobis gratiose erogatarum, persolvit vini urnas viginti, tritici vero mensura Posoniensi cubulos sexaginta, ad tria monasteria, videlicet Posoniense, Tyrnoviense, atque Soproniense, de quibus quidem perceptis, eundem dominum Baronyay, reddimus quittum et expeditum, harum nostrarum vigore, et testimonio literarum mediante. Datum Posonii, 28 die mensis octobris, anno domini millesimo quingentesimo septuagesimo sexto. Frater Mathias Borhy minister manu propria.

Más kézzel baloldalon: quietantia pro tritico cub. 60 vini, 20 urnae. Rányomott papirpecséttel, eredeti.

14.

1576.

Debreczeni János előbb szántai, majd károlyi predikátor könyveinek jegyzéke.

Az Minemeo keoniweket Pesty Ferencztul az zantay praedicator Debreceni Janos praedicator, ky mostan Karoly praedicator, Debrecenben az keoni keoteonel hagiot.

Historia Matie regis exemplaria 67
Commentarius vngaricus Petri Mely super apocalipsin Johanis apostoli evangelistae exemplaria . . . 25
Historia de turcarum profligatione per Italos facto in mari exemplaria. 30
Corpus doctrine Philipi, Germanice conscriptum exemplar 1
Historia Iohannis Huniadj exemplaria 52
Historia de conflictu Pauli Kenesi et Stephani Batorj per campum kenier vocatum. Exemplaria 14
Libellus troporum exemplaria 70
Gramattica [!] Gregory Molnar exemplaria 21
Historia Alexandri magni, exemplaria 28

Keowetkeznek az keoniwektul walo zegeodsegek. Mind az keoniueknek be keoteseteol zegeodek meg az keonikeoteowel.

In flor. 39 den. 70.

Keowetkeznek az meni keoniweket az keonikeototwl meg hoztanak.

Historia Matthie regis exemplaria 59
Historia Alexandri magni exemplaria 19
Historia Johanis Huniadj exemplaria 27
Historia Pauli Kenesy et Stephani Bathory exemplaria 12
Historia de turcarum profligatione, exemplaria . . . 15
Libri troporum exemplaria 64

Keowetkeznek az meni hyok wadnak az keonjueknek melliek ot marattak Debrecenben.

Historia Matthie regis. Deficiunt exemplaria 8
Historia Alexandri magni deficit 10
Historia Johannis Huniadj deficit 30
Historia de profligatione turcarum deficit 15
Historia Stephani Batory deficit 2
Ex libris troporum deficit 6
Item Gramatica Gregori Molnar deficit 21
Corpus doctrinae Philipi melanton germanice conscriptum deficit 1
Commentarius Petri Mely super apocalipsin 25

Melj felol meg irt keoniwek, mellieket az keonikeoteo meg tartot emaganak, zaz forintnal teoben allottak. Azert vagj az hogy zaz forintott, awagj az keoniweket nekem meg aggia, awagj az hogj zaz forintot k . . . . . nek az tyzen keonekert.

Más kézzel.

Decima die septembris anno domini 1576. Attam az itth valo harangozonak 10 konyweket, azaz Apocalipsist be kottetnj es meg szorzottem wele, egykyrt egykyrt adok nyolcz nyolcz [!] d[enart].

Más kézzel. Szantaj Praedicator konywejnek specificatioja 1576. Rongált papiron, eredeti.

15.

1577. január 12. Pozsony.

A pozsonyi ferencrendi barátok nyugtája 25 magyar forintról, melyet évi ellátásuk negyedik részlete gyanánt az 1576. évre Wienner Andrástól fölvettek.

Nos fratres minores ordinis sancti francisci in monasterio Posoniensi commorantes, fatemur et recognoscimus per praesentes nostras literas in ratiionem annualem

nostrae provisionis pro quarta angaria anni septuagesimi sexti, die x2 januarii accepisse ab egregio domino Viennero Andrea, vice perceptore proventuum camerae Hungaricae Sacrae Caesareae regiaeque Maiestatis, florenos viginti quinque hungaricos. Super quibus eundem vice perceptorem reddimus quietum et expeditum harum nostrarum vigore et testimonio literarum. Quas et sigillo monasterii nostri obsignavimus manusque propria subscriptione senioris nostri corroboravimus. Actum Posonii 12. Januarii, anno ab orbe redemto 1577. frater Emericus.

Oldalt balra más kézzel: quietantia pro flor. 25.
Rányomott papirpecséttel, eredeti.

16.

1577. julius 24. Pozsony.

Borhy Mátyás ferencrendi provinciális nyugtája 50 forintról melyet rendtársai számára a nekik évenkint rendelt összegből Wienner Andrástól, a magyar kamara perceptorától fölvett.

Nos frater Mathias Borhy, minister provinciae Sanctae Mariae, caeterique fratres Posonienses, fatemur et recognoscimus per praesentes litteras nostras, nos in persona dictorum fratrum quinquaginta illos florenos interesse, quod illis ratione certa summa quotannis dependitur, integre ab egregio domino Andrea Wynner perceptore proventuum camerae Hungaricae sacrae Caesareae Maiestatis accepisse et levasse, super quibus eundem dominum perceptorem, reddimus quietum et expeditum, harum vigore et testimonio litterarum mediante, quos sigillo conventus nostri obsignavimus atque roboravimus. Datum Posonii vigesima quarta die julii, anno millesimo quingentesimo septuagesimo septimo. Idem qui supra, manu propria.

Baloldalon más kézzel: quietantia pro flor. 50.
Rányomott papirpecséttel, eredeti.

17.

1577. július 29. Gyulafehérvár.

Báthory Kristóf rendelete a székely székek egyházi és világi lakosaihoz: Értesült, hogy némely tévtanítók szavára az igaz és bevett vallástól a székelyek közül sokan elhajlottak. Hogy a végzetes tévely

gések behatolásának, amennyire rajta áll, útját állja. Sándor Andrást, az erdélyi magyar eklézsiák superintendensét küldi közéjük ügyüket megvizsgálni, tanítani és őket előbbi állapotukba vissza vezetni.

Christophorus Bathori de Somlio vaivoda Transilvaniae, et siculorum comes etc. Universis et singulis, tam ecclesiasticis, quam saecularis et ordinis hominibus, sedium siculicalium praesentes visuris salutem et favorem. Intelligimus esse permultos ex vobis a vera Christi religione et doctrina approbata, ad quorundem docentium errorem non parum defecisse. Volentes itaque nos, quantum in nobis est, id etiam summo studio praecavere, ne subinde errores novi in confusionem, deo et hominibus abominabilem atque scandalum simplicium introducantur. Delegimus in medium vestri reverendum d[ominum] Andream Sandor, superintendentem ecclesiarum Hungaricalium in Transilvania, quo solum et neminem alium per alias literas nostras superintendentem designatum esse volumus ecclesias etiam in medium vestri inspiciendi et piis atque salutaribus monitis emendandi et ad verum statum, et formam reducendi; proinde requirimus vos et nichilominus auctoritate nostra publica, qua fungimur, commitimusque vobis harum serie firmiter, quatenus praefatum Andream, aut seniores per eosdem delectos, dum in medium vestri --- pio atque placide, Christianaque charitate complecti, et jurisdictione eos in quandam atque alienum [?] statum doctrinae, seu religionis Christianae reducen --- ecclesiis vestris eidem parere et obtemperare debeatis, facturi primum deo ipsi ter quaterque maximo rem acceptabilem, deinde vobisque ipsis salutarem. Secus non facturi, praesentibus perlectis exhibenti rectitutis. Datum Albae Juliae vigesimo nono die mensis Julii, anno domini Millesimo quingentesimo septuagesimo septimo. Christophorus Bathori de Somlio m. propria.

Eredeti patens, rányomott pecsét nyomaival. A papír egy része annyira elbarnult, hogy az írást több helyen nem lehet rajta elolvasni.

18.

1577. augusztus 5. Pozsony.

Pál szerzetes nyugtatványa 50 magyar forintról, melyet a thali monostor orgonájának kijavitására Ernő főherceg rendeletéből Baranyay Istvántól fölvett.

Ego frater Paulus, vicarius monasterii thal, ordinis fratrum heremitarum etc. Recognosco praesentibus literis

meis, quod egregius dominus Stephanus Baranyay, curiae archiepiscopalis Posonii habitae provisor, illos quinquaginta florenos Hungaricales, quos videlicet serenissimus princeps, dominus Ernestus archidux etc. pro restauratione organi monasterii nostri thal, clementer numerare mandaverat, michi integre persolvit, de quibus eundem dominum provisorem per praesentes, quietum facio, et expeditum reddo. Actum Posonii, quinta die augusti, anno domini millesimo quingentesimo septuagesimo septimo. Idem qui supra, manupropria.

Balról más kézzel: quietantia pro flor. 50.
Eredeti, papirba nyomott pecséttel.

19.

1577. november 20. Pozsony.

Borhy Mátyás ferencrendi provinciális nyugtája Wienner András részére 50 forintról, melyet a pozsonyi rendház számára az 1577. év első és második évnegyedére eső évi segély fejében fölvett.

Ego Matthias Borhy, minister ordinis S. Francisci ac caeteri fratres in monasterio Posoniensi degentes, fatemur praesentibus literis nostris, nos ratione annuae provisionis nostrae, ab egregio Andrea Wiennero, Sacrae Caesareae et Regiae Majestatis proventuum camerae Hungaricae perceptore, pro angaria prima et secunda, anni praesentis septuagesimi septimi, levasse florenos quinquaginta hungaricos. De quibus memoratum dominum perceptorem, harum vigore ac testimonio, quietum et expeditum reddimus. Actum Posonii vigesima die novembris. Anno [millesimo quingentesimo] septuagesimo septimo. Idem qui supra, manupropria.

Quietantia pro flor. 50.

Rányomott papirpecséttel. Eredeti.

20.

1578. augusztus 4. Pozsony.

Borhy Mátyás ferencrendi provinciális nyugtája 50 magyar forintról, melyet az évenkint járó javadalom fejében Wienner András magyar kamarai perceptortól fölvett.

Ego frater Mathias Borhy, ordinis fratrum minorum provinciae Hungariae Sanctae Mariae minister, fateor et

recognosco praesentibus litteris meis, me in persona dictorum fratrum, quinquaginta illos florenos interesse, quod illis ratione certa summa quotannis dependitur, integre ab egregio domino Andrea Wienner, perceptore proventuum Hungaricae Sacrae Caesareae Maiestatis accepi et levavi. Super quibus eundem dominum perceptorem tam in mea, quam dictorum fratrum persona reddo quietum et expeditum, harum mearum literarum mediante. Datum Posonii quarta die augusti, anno domini millesimo quingentesimo septuagesimo octavo. Idem qui supra manupropria. Michael Zthenychnyaky contrascriba, manupropria.

Baloldalt más kézzel: quietantia pro flor. 50.
Túloldalon: Quietantia Monachorum Posoniensium pro interesse anni 1578. flor. 50 den. — qarta augusti.
Eredeti, papiron, rányomott papirpecséttel.

21.

1579. márczius 17. Beszterczebánya.

F. I. beszterczebányai pap Pastius Kristóf selmeczi jegyzőhöz. Megírja, mint új hírt, hogy Szepesben Belsius Benedeket választották seniorrá, Mento megbuktatásával, aki Flacianizmus gyanujában áll. Mentonak egy titkon elbocsátott szakácsnőjét elfogták Késmárkon, kitünt, hogy teherben van; az apa kilétét nem akarja elárulni, de valószínű, hogy Mento az apa, mert felesége nincs és egyedül élt a szakácsnővel a parochián.

Salutem in domino! Te mi Pasti, bene valere cum tuis domesticis, gaudeo, ego valeo, ut possum, cum ut volo, non liceat: coniugis enim meae diuturnum morbum, non consuluerimus dominum doctorem. Temporibus enim medicina valet, data tempore, prosunt, sed interdum data, plus valet, arte malum: nihilo minus animus non est despondendus, etiamsi non statim, sentitur efficatia medicinae, sed malo modo malus quaerendus cuneus, et medico obtemperandum erit, ac diurna benedictio, indesinenter petenda et expectanda. Suadeo igitur coniugi meae afflictae, ut in patientia possideat animam suam et inchoatae curae se submittat, ne eam postea rediisse, paeniteat. Ego praeterita dominica, primum egressus domo, et cepi concionari iterum, profuerunt enim plurimum pharmaca per dominum doctorem missa, quibus liberatus sum a vehementi dolore stomachi et haemorrhoidibus caris, sic non dubito eam quod alleviamen, si modo obtemperaverit, sensuram. Caetera deo commendabimus.

Post ferias deo volente, veniam ad vos et eam tandem reducam. Hoc consilium, ut tu confirmes praesens te rogo, quia quamplurimis usa medicinis hic est, quia non iuxta artem, sed usum et qualemcunque experientiam erant confecta, sed vigoris nil habuerant. Satius igitur est, uti consilio domini doctoris, cum isthic eum habeat, quam incerta amplecti, et neglecta occasione, sese in graviores morborum dolores involvere. Quod differ D[ominus], non aufertur etc. De Sepusio et civitatibus patriae, nil aliud habeo, quam nostrum dominum Benedictum Belsium electum esse pro seniore, reiecto Mentone, qui rodendo corpus doctrinae O. M. seipsum suspectum reddidit Flacianismi, eiecit Cabathium et alios Cassovia, causam ignoro, quia adolescentes diversas referunt et Cabathius et Saxo alti sunt in eo; iniuriam si modo aliqua est, et cocam Mentonis, clam dimissam Caseofori curarunt incarcerari, quia praegnans esse, deprehensa est, haec fateri patrem hucusque noluit, suspicio tamen ingens est, cum Mento careat coniuge per 12 a[nnos] et solus cum sola habitarit in parochia, idque ei ibidem obiectum fuisse in faciem, dicitur quod futurum sit, brevi intelliges ex aliis; deus orandus, ut tollet scandala doctrinae et morum et nos in fundamento Prophetarum et apostolorum praeceptorumque nostrorum D. Lutheri A. M. et Stökely conservare dignetur, a quorum doctrina ego in nullius gratiam nunquam discedere decrevi. Saluta D. pastorem vestrum et D. doctorem si rediit. Caeterosque dominos amicos et fratres et meam uxorem cum tua. Valere in Domino. Raptim Novosolii 17. Martii anno 79. I. F. frater t[uus]. (Lap szélen; Tal. 1. mitto per Martham conjugi.)

Kívül: Clarissimo viro doctrina et pietate insigni domino Christophoro Pastio Notario reipublicae Sebniciensis, fidelissimo amico, fratri et conterraneo suo carissimo. Schembnicz. Oldalt: D[ominum] Magnum Cunradum, cum domino Augustino, et versificatore domino Elia Schallio, ac clarissimo domino Burkhartto judice, officiose salutari cupio.

Eredeti missilis, papíron. V. ö. Szelényi Ö.: Fláciánus lelkészek Magyarországban. Theol. Szaklap. 1916. 19. l.

22.

1579. április 1. Pozsony.

A magyar kamara a varasdi tizedszedőhöz. Felhívja, hogy a pálosoknak Varasd megyében levő birtoka után nyolczvan portáig a Miksa király által engedélyezett rendszabály szerint a dicát engedje el; a nyolczvanon fölüli portáktól és házaktól azonban a dicát és füstpénzt a szokott módon szedje be.

Egregie domine, Amice nobis honorande, salutem et omne bonum. Iniungimus dominationi vestrae egregietati, ut dicam bonorum religiosorum fratrum Heremitarum in isto comitatu existentem, habita cum dicatore comitatus Zaladiensis mutua intelligentia, de portis octoginta, iuxta transactionem divi olim imperatoris Maximiliani foelicissimae recordationis, cum eisdem fratribus haeremitis factam, relaxet, accepta eorum quietantia. Et si portae, vel fumi, numerum octogenarium excesserint, de superfluis dicam exigat. In reliquo bene valeat. Datum Posonii, prima aprilis 1579. Sacrae Caesareae et Regiae Maiestatis Camerae Hungaricae praefectus et consiliarii etc. Agriensis manupropria, G. Hozutoty m. propria.

Kívül: Egregio domino Christophoro Wragowyth, sacrae Caesareae et Regiae Maiestatis dicatori Comitatus Warasdiensis, etc. Amico nobis honorando. Rájegyezve más kézzel: Reportatae ad Cameram 23. febr. 1580. Praesentatae die 2 augusti. Causa fratrum de Lepoglawa fi. 36.

Eredèti, papíron, három darab papírba nyomott zárópecséttel.

23.

1579. junius 3. Thal.

A thali monostor vicariusának nyugtája 12 veder borról, mely a monostor épitési költségére utaltatott ki a pálosok számára.

Ego frater Paulus, vicarius monasterii Thalliensis, fateor per praesens hoc chyrographum meum generosum et egregium dominum Ladislaum Zelemery, administratorem bonorum archiepiscopalium Strigoniensium, medio domino Stephano Baranyay provisore curiae archiepisopalis Posonii habitae, illud vas vini, quod sua Serenitas ad aedificationen monasterii Thallensis benigne dari mandaverat, urnarum videlicet duodecim, mihi dedisse integre et sine defectu praedictarum 12 urnarum. De quibus eundem dominum administratorem praesenti hoc scripto meo, quietum et expeditum reddo. Datum in monasterio Thall 3. die Junii 1579. Idem qui supra. mp.

Oldalt balra qpro vini urnarum 12.
Eredeti, papiron, rányomott papirpecséttel.

24.

1579. július 1. Pozsony.

A pozsonyi ferencesek nyugtája 50 forintról, amelyet az 1578. évre ellátásukra Wienner Andrástól fölvettek.

Nos fratres ordinis minorum Sancti Francisci Monasterii Posoniensis, fatemur et recognoscimus per praesentes nostras literas, nos in rationem provisionis ad praeteriti anni 1578. accepisse ab egregio domino Andrea Wyerno [?] perceptore proventuum camerae Hungaricae Sacrae Caesareae Maiestatis florenos quinquaginta Hungaricales, super quibus eundem dominum perceptorem reddimus quietum expeditumque, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum, quas sigillo nostri conventus obsignavimus, ac manus propriae nostri ministri fratris Mathiae Borhy corroboravimus. Actum Posonii prima die Julii, anno domini millesimo quingentesimo septuagesimo nono. Idemqui supra, manu propria. Michael Zthenychnyaky contrascriba, manupropria.

Oldalt balra: qu[ietantia]p[ro] fl. 50.

Eredeti, papiron, rányomott papirpecséttel. Nemzeti Múzeum levéltári osztálya. Törzsanyag.

Ugyanott 1579. nov. 19. kelettel még egy nyugta található 25 forintról mely szintén az 1578-iki évre szóló ellátási dijat nyugtatja.

25.

1579. julius 1. Karinthia.

Orthenburg Ernfridus gróf és felesége Arco Julia grófnő Tarródy Istvánnak, a tulajdonukat képező szentgotthárdi apátság és vár várnagyának s vagyonkezelőjének hűséges szolgálata fejében elengedik mindazon tartozásokat és hiányokat, melyek leszámolása alkalmával mutatkoztak. Tarródy az apátsági vagyont 1572. május 22-től 1579. január 1-ig kezelte.

Nos Ernfridus comes ab Orthenburg, liber baro in Fraynsthan et Carlspach, dominus in Erycurt et Lyll etc. ac generosa et magnifica domina Julia, consors eiusdem, filia vero spectabilis et magnifici condam domini, comitis Pirrhi ab Archo, ex generosa ac magnifica condam Margaretha Zechy consorte sua, filia magnifici olim domini Thoma Zechy de felsewlyndwa progenita: Memoriae commendamus, tenore praesentium significantes, quibus expedit universis, quod egregius Stephanus Tharrody de Nemeth Zechewd alias provisor et castellanus noster in

abbatia et castello Sancti Gotthardi, nunc vero cunctorum bonorum nostrorum in Hungaria habitorum praefectus, de et super gestis, ac cunctis administratis dicti officiolatus sui proventibus ac redditibus, ex bonis ipsius abbatiae pro nostra parte cedentibus, a vigesima secunda die May in anno domini millesimo quingentesimo septuagesimo secundo transacto praeteritae, per ipsum in ipsa abbatia suscepti et incoati, usque primum diem januarii praesentis anni millesimi quingentesimi septuagesimi noni computando, universis scilicet per eum perceptis et erogatis, justam sufficientem et liquidam nobis dedit rationem, deffectusque et difficultates omnes, si qui in suis rationibus casu subsequi potuissent et emersissent, pro eius fidelibus et benemeritis servitiis, quae a praenotato tempore suscepti officii sui in Sancto Gotthardo, nobis summa fide, diligentia, constantia, promptitudine, industria et animi alacritate, pro locorum et temporum varietate praestitit et impendit. Cuius et nos debitum habentes respectum, volentes eum pio nostro affectu et benevolentia prosequi ut et imposterum promptior et alacrior, donec in servitio nostro haerebit, reddi queat, dicto Stephano Tharrodi, condonavimus et relaxavimus, de quibus praemissis omnibus rationibus dicti administrati sui officii redditibus, dictae abbatiae Sancti Gotthardi, dierum et annorum praenominatorum inclusive factis, perceptis et erogatis, memoratum Stephanum Tharrody, eiusdemque haeredes et posteritates utriusque sexus universos quittos et expeditos ac modis omnibus absolutos reddimus et commisimus, imo relaxamus et condonamus, reddimus et committimus vigore et testimonio praesentium literarum nostrarum subscriptione manuum nostrarum propriarum, sigillorumque nostrorum usualium appensione roboratarum et communitarum mediante. Quas eidem Stephano Tharrody, haeredibuspue et posteritatibus eiusdem jurium suorum futurorum pro cautela dandas duximus et concedendas. Datum in curia nostra hospitali Charinthiae, prima die Julii, anno domini millesimo quingentesimo septuagesimo nono supradicto. Ernfridus Comes ab Ortenburg mp. Julia comitissa ab Arcu m. propria.

Eredeti, papiron az aláirók gyürüpecsétjével.

26.

1579. december 23. Pozsony.

A pozsonyi ferencesek évi ellátásukra fölvesznek a magyar kamara perceptorától 10 magyar forintot.

Nos fratres ordinis minorum Sancti Francisci, monasterii Posoniensis, fatemur et recognoscimus per praesantes literas nostras, nos ad rationem annuae provisionis nostrae, ab egregio Andrea Viennero, perceptore proventuum camerae Suae Maiestatis Hungaricae, percepisse florenos decem hungaricos. Super quibus florenis decem Hungaricalibus eundem perceptorem quietum atque securum reddimus harum nostrarum vigore ac testimonio literarum, manupropria ac sigillo nostro consueto confirmatarum. Actum Posonii, vigesima tertia die decembris, anno domini millesimo quingentesimo septuagesimo nono. Idem qui supra, manupropria, Michael Zthenichnyaky contrascriba mp.

Oldalt: quietantia pro flor. 10.

Eredeti, papiron, rányomott papirpecséttel.

27.

1580. február 18. Pozsony.

Ternavai István, a pálosok generalisa nyugtatja Wragoych Kristóf varasdi dicatort 72 magyar forintról, amelyet a lepoglavai monostor javára az 1578. és 1579. évi dicából a magyar kamara rendeletére elengedett.

Nos frater Stephanus Ternavinus, fratrum ordinis beati Pauli primi heremitae prior generalis, fateor et recognosco per praesentes meas litteras egregium dominum Cristophorum Wragoych dicatorem comitatus Varasdiensis in bonis monasterii Lepaglaua pro utroque anno videlicet [15]78 et [15]79 iuxta commissionem Suae Maiestatis Camerae Hungaricae relaxasse florenos septuaginta duos Hungaricos, super quibus memoratum dominum dicatorem aut cuius interest, quietum et expeditum reddo

praesentium vigore manu mea et sigillo proprio munitarum. Actum Posonii 18. februarii. Anno domini millesimo quingentesimo octuagesimo. Idem qui supra m. p. Michael Zthenychnyaky contrascriba m. propria. Oldalt balra : qu. pro flor. 72.

Eredeti, papíron, az oklevél kiállítójának címeres gyűrűpecsétjével.

28.

1580. május 29. Pozsony.

Borhy Mátyás ferenczes provinciális a pozsonyi ferencesek nevében nyugtatja Baranyay Istvánt, hogy fölvett tőle $16^1/_2$ akó bort és 20 pozsonyi mérő gabonát, amelyet a király az érseki jövedelmekből számukra alamizsnaképp utalt ki.

Nos frater Mathias Borhy, minister provinciae Hungariae Sanctae Mariae, caeterique fratres Posonienses, fatemur et recognoscimus per praesentes litteras nostras nos ab egregio domino Stephano Baronyay administratore proventuum archiepiscopalium Strigoniensium illos sedecim cum dimidio akones vini percepisse, et viginti metretas tritici, mensuram posoniensem, quos Sacra Caesarea Maiestas, dominus noster clementissimus ex proventibus archiepiscopalibus nobis elemosiae nomine dari mandavit, de his itaque ipsum dominum Stephanum Baronyay, quietum et expeditum reddimus harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas sigillo usuali nostro obsignavimus atque roboravimus, datum Posonii 29. die may, anno domini 1580. Idem qui supra, manupropria.

Oldalt balra : Trit. metr. 20. Vini urn. $16^1/_2$.
Eredeti, papiron, a rend rányomott papirpecsétjével.

29.

1580. deczember 12. Szentbenedek.

Telegdi Miklós pécsi püspök Selmeczbánya városához. Értésére esett, hogy a selmecziek a németii bíró fiát és vejét hat ökörrel szekerestűl elfogták és megkínozták, mert selmeczi polgároktól török tizedet hajtottak be. Erre nem volt joguk, mert ha sérelmet fedeztek föl, a szolgabíró utján kellett volna perorvoslatot keresniök. Azonkívűl Németi az ő birtoka, jobbágyait ott elfogni nem szabad. Hasonló magatartást ígér, ha a selmecziek a jogtalanságot abba nem hagyják.

Gúnyosan jegyzi meg, hogy bizonyára evangélikus predikátoruk, aki a török tized fizetésétől leginkább vonakodott, buzdította őket a parasztokkal való ilyen „kegyes" bánásmódra.

Prudentes ac circumspecti viri, domini et amici honorandi, Salutem et mei commendationem.

Relatum est mihi, quod circa festum S. Martini proxime praeteritum, filium et generum judicis de Nemethj, una cum sex bobus et curru, in porta istius civitatis interceptos, per plures dies absque ulla iusta causa, ita crudeli afflixistis captivitate, ut postea dimissi ne pedibus quidem insistere certo tempore potuerint.

Si decimam Turcicam a vestris concivibus exegerunt, non fecerunt vobis iniuriam, sed pro more istius comitatus, id quod facere eis licuit, fecerunt. Sed etiamsi vos laesissent, si aliquid intelligeretis de juribus regni, scire-tis quod non licuisset vobis in vestro territorio ipsos arestare, imo neque in loco communi priusquam a nobis medio judicis nobilium, ex parte ipsorum justitiam administrari postulassetis. Videbitis et vestro incommodo spero discetis, vos non legitime processisse. Dominationes vestras rogo, ne in posterum aliquid simile contra colonos nostros attentetis, nam si aliquid tale attentaveritis, ego iam vos certos reddo, quod quotquot vestrum in nostris territoriis comprehendi poterunt, etiamsi sint de senatorio ordine futuri, omnes sine ullo respectu in tetrum carcerem trahi faciemus et sic vim nostris illatam vi repellemus. Fietque ut vos nobiscum litigare cogamini. Quibus nos ut domini civibus respondebimus. Nemethj mea propria possessio est, doleo quod ab illa saeviendi in nostros initium fecistis. Aliter esset colenda amicitia et vicinitas. Vester credo Euangelicus (si diis placet) concionator, qui vel maxime recusabat decimam Turcicam solvere, ad hanc pietatem erga rusticos exercendam, vos induxit. Nobis certe lites displicent, et malimus amicitia et humanitate cum vicinis certare. Verum si vobis ita placet, sciemus etiam iniurias iniuriis compensare, et videbitis, quod si hoc genus certaminis ingrediendum erit, citius vos, quam nos fatigabimini. Valete. Datum ex S. Benedicto 12. decembris, anno 1580. Nicolaus Telegdinus episcopus quinqueecclesiensis.

Kívűl: Prudentibus ac circumspectis viris dominis, judici et juratis civibus civitatis Schemniciensis, dominis et amicis honorandis. Jegyzet: Redditae 14. decembris Ao. 80. Herrn Thelegdini schreiben Bischof zu Fünfkirch, bettreffendt einem Bewer von. Bjanir dorf. [?] Ist darauf geantwort den 14. decembris a. 80.

Eredeti, papiron, a püspök papírbanyomott pecsétjével.

30.

1580 deczember 22. Csáktornya.

Miklós a csáktornyai pálosok vikáriusa nyilatkozata arról, hogy a király az 1578—1579. évekre a birtokuk után járó dica-ból számukra 48 magyar forint könnyitést engedélyezett.

Nos frater Nicolaus, vicarius claustri ad honorem divae Helenae fundati, caeterique fratres ordinis Heremitarum Sancti Pauli primi heremitae, juxta Chaktorniam inhabitantes, memoriae commendamus hac praesenti apoca, qualiter transacti anni 1578 et 1579. dicam de bonis nostris Maiestas Sua serio mandati sui, egregio domino Gregorio Erdeogh dicatori tunc temporis coexistenti comitens nobis relaxaverit de portis 12 florenos ungaricales 48, de quo ipsum dicatorem hoc scripto reddimus quietum et expeditum, sigillo nostro usuali pro maiori vigore et testimonio roboratam [!] Datum ex claustro super scripto die 22 decembris 1580.

Eredeti, papiron, rányomott papirpecséttel.

31.

1581. márczius 14. Liptószentmiklós.

Duchon Menyhért és öt plebánostársa nyugtatják Csemiczky Benedek és Mindszenty Mihály liptómegyei tizedszedőket, hogy a részükre eső negyedet és a termény tizedből járó tizenhatodot tőlük az 1580. évről fölvették.

Nos Melchior Duchon plebanus ecclesiae beatae Mariae virginis, et vicegerens in spiritualibus comitatus Liptoviensis, Mathias Raduch, parochus de Nagh Bobrowecz, Andreas Zubor de Senth Peter, Stephanus Berko de Nagh Palugya, Emericus Cocavinus de Sancto Nicolao ac Samuel. N. de Senth Iwan plebani ecclesiarum praescriptarum possessionum, fatemur et recognoscimus tenore praesentium nos percepisse ab egregiis Benedicto Chemiczky et Michaele Mynczenthy decimatoribus frugum dicti huius comitatus Liptoviensis, in sortem nostrae quartae et sedecimae de antiqua consuetudine cedentem ex decimis frugum pro anno 1580 proxime praeterito connumeratis videlicet flor. 30 denarios 22. Super qua praemissa solutione eosdem memoratores [!] decimatores medio praesentium nostrarum sigillis nostris obsignatorum quietos et absolutos reddimus. Datae ad S. Nicolaum

loco scilicet congregationis nostrae generalis, feria tertia proxima post dominicam Judica, anno domini 1581. Idem qui supra Melchior Duchon etc. manu propria.

Eredeti, papiron, öt papirba nyomott pecséttel.

32.

1581. március 22. Alsókubin.

Kolar Mátyás és öt plebános társa nyugtatják Csemiczky Benedek és Mindszenty Mihály árvamegyei tizedszedőket, hogy a terménytizedből nekik járó tizenhatodot az 1580. évre tőlük fölvették.

Nos Matthias Kolar pastor Ecclesiae Christi possessionis inferioris Cubiny ac vicegerens in spiritualibus comitatus Arwensis, Thamas Vliczny de Nagfalwa, Martinus Rosucsky de Dubowa, Michael Sokol de Twerdoschyn, Michael Rokos de Trstena et Casparus Fabri de Zasskow ecclesiarum plebani praescriptarum possessionum, fatemur et recognoscimus tenore praesentium nos percepisse ab egregiis d[ominis] Benedicto Czemycky et Michaele Mynczenthy decimatoribus frugum dicti huius comitatus Arwensis in sortem nostrae sedecimae de antiqua consuetudine nobis ex decimis frugum cedentium pro anno 1580 proxime praeterito connumeratis videlicet fl. 12 demptis et exceptis denariis 17. Super qua quidem praemissa soluta praefatos decimatores medio praesentium nostrarum sigillis quarundam obsignatarum quietos et absolutos reddimus. Datae ex praescripto inferiory Cubinio in profesto annunciatae deiparae, anno restitutae salutis 1581. Idem qui supra Matthias Kolar etc. manupropria.

Eredeti, papiron, két papirba nyomott gyürüpecséttel;

33.

1581. augusztus 6. Nagyszombat.

Telegdy Miklós pécsi püspök, esztergomi érseki helytartó. Péchy Lukács, az esztergomi érsekség ügyésze kérésére Chenkey Jánost többszörös nyilvánvaló engedetlensége miatt, mivel továbbra is kemény szívvel és nyakasan megmarad a kiközösítésben és nem szándékozik visszatérni az anyaszentegyház kebelébe, az egyházból kiközösíti.

Nicolaus Telegdinus episcopus Quinque ecclesiensis, administrator in spiritualibus, et vicarius generalis Archiepiscopatus Strigoniensis, necnon sacratissimi principis et

domini, domini Rudolphi secundi dei-gratia, electi Romanorum imperatoirs, semper augusti, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae etc. regis, archiducis Austriae, ducis Burgundiae etc. consiliarius etc. Dilectis nobis in Christo universis et singulis honorabilibus et discretis v[ir]is, dominis plebanis, viceplebanis et eorum capellanis, altariumque atque capellarum rectoribus caeteris etiam praesbyteris et clericis in dioecesi et alias sub jurisdictione praefati archiepiscopatus Strigoniensis, ubilibet constitutis et [com]morantibus qui cum praesentibus fueritis requisiti, aut alter vestrum fuerit requisitus, salutem in domino sempiternam, et nostris firmiter obedire mandatis. Noveritis quod nuper ad instantiam nobilis Lucae Peechi, procuratoris fiscalis ecclesiae Strigoniensis, egregium Joannem Chenkey exigente ipsius manifesta et multiplici contumacia, rebellione, et contemptu ac non paritione juri, eorumque occasione, tam in hac sede spirituali, Strigoniensi excommunicatum, quam etiam in partibus publice mediantibus aliis literis nostris denunciatoriis, debitis terminis et dilationibus observatis denuntiatum fuisse, pro ut ex relatione certorum dominorum exequutorum intelleximus. Tamen quia ut ex actis huius causae cognosci datur eundem Joannem Chenkey huiusmodi excommunicationem diu sustinuisse, et adhuc sustinere animo indurato ac re[bel]li, induritiaque et contumacia sua pertinaciter perseverare, nec curare ad gremium Matris Ecclesiae redire, in animae (su]ae perniciem et scandalum Christi fidelium plurimorum manifestum. Ideo debita cum instantia dicti nobilis Luca[e] Pechy, procuratoris fiscalis ecclesiae Strigoniensis fuimus requisiti, quatenus ad aggravationem et reaggravationem dictae excommunicationis sententiae, et alias censuras ecclesiasticas contra eundem Joannem Chenkey excommunicatum procederemus. Nos itaque attendentes huiusmodi requisitionem fore justam et juri consonam, quodque contumacia crescente, merito debet augeri et paena, et ne idem praenominatus Joannes Chenkey excommunicatus de sua inobedientia rebellione et contemptu, quomodolibet valeat gloriari, huiusmodi aggravationis et reaggravationis sententias contra eundem decernendum duximus, ipsumque pro tribunali sedentes aggravavimus, prout aggravamus et reaggravamus in his scriptis.

Vobis igitur dominis supradictis et vestrum cuilibet in solidum in virtute sanctae obedientiae et sub excommunicationis paena (quam in vos et vestrum quem-

libet nisi feceritis, quae mandamus, trium dierum canonica monitione praemissa, a die requisitionis vobis fiendae computando ferimus in his scriptis) districte praecipiendo committimus et mandamus, quatenus statim, dum cum praesentibus fueritis requisiti, aut alter vestrum fuerit requisitus, ita tamen ut in his exequendo, unus vestrum alterum non expectet, nec unus pro alio se excuset, praefatum Joannem Chenkey excommunicatum, aggravatum et reaggravatum in vestris, et cuiuslibet vestrum ecclesiis, singulis diebus dominicis, et aliis festis infra Missarum solennia, aut alias dum in eisdem ad divina audienda maior convenerit populi multitudo, pulsatis campanis, candelis accensis ac demum extinctis, et in signum maledictionis aeterne in terram proiectis publice, alta et intelligibili voce denuncietis, seu faciatis denuntiari, tamdiu, donec ecclesiae et nostris venerit parere mandatis, aut a nobis, vel a nostro superioribus aliud habueritis in commissis, et de eius absolutione vobis constiterit [mani]feste, nec non palam et intelligibili voce ex parte nostra moneatis, et in eorum propriis personis requiratis universos et singulos utriusque sexus homines, et praesertim, quos vobis dictus Lucas Peechy procurator fiscalis ecclesiae Strigoniensis, praesentium scilicet ostensor duxerit nominandos, quos et nos serie praesentium sic requirimus et monemus, ne cum praefato Joanne Chenkey excommunicato, aggravato et reaggravato, in sacramentorum perceptione, aliisque divinis officiis, item cibo, potu loquela, aut alio quovis modo participare, seu aliam quamvis communionem habere praesumant, sed ab huiusmodi participatione, seu alia quavis communione effectualiter abstineant. Quin potius eundem evitare debeant, tam diu donec in huiusmodi excommunicationis, aggravationis et reaggravationis sententiis damnabiliter perseveraverit, ac ecclesiae et nostris venerit parere mandatis exceptis personis, et casibus de jure praemissis, qui vero monitiones et requisitiones huiusmodi vestras imo verius nostras contempserint, et infra sex dierum spatium, a die huiusmodi vestrae monitionis et requisitionis de ipsis factarum computando, quos dies eis et cuilibet ipsorum pro primo, secundo, tertio et peremptorio termino et monitione assignamus a participatione praedicta non destiterint, illos omnes et singulos (usque ad quadraginta personarum numerum) propter eorum contemptum et contumaciam, dicta canonica monitione praemissa, ex nunc prout ex tunc, ex tunc prout ex nunc consimili excommunicationis se[n-

ten]tia innodamus in his scriptis et quemlibet ipsorum incurrere volumus ipso facto, et ex tunc in praedictis vestris et cuilibet vestrum ecclesiis, dum ibidem ad divina audienda maior convenerit populi multitudo, singulis diebus dominicis aut aliis fe[st]is pulsatis campanis, candelis accensis ac iterum extinctis, et in signum maledictionis aeternae in terram p[roiect]is, publice excommunicatos fore denuncietis, seu faciatis denunciari, tam diu, donec et quousque ecclesiae et [nostr]is venerint obedire mandatis. Cum autem domini suprad[icti] in vestris ecclesiis divina celebrat[is] o — — — dictusque Joannes Chenkey excommunicatus aggravatus et reaggravatus, sive participantes cum eo e[xcommuni]cati, aut eorum aliquis ibidem convenerint, ad ipsa div[ina et sacrif]icia audienda, ipsos et eorum quemlibet — — — ecclesiis vestris expellatis. Quod si commode facere non — — — juris est, a divinis cessetis, causam cess[ation]is huiusmodi fidelibus exponendo, certificando nihilominus eundem praetactum nobilem Joannem Chenkey excommunicatum, aggravatum et reaggravatum, quod si in huiusmodi sententiis animo (quod absit) indurato pertinaci et rebelli per quindecim dies perstiterit, ex tunc ad invocationem brachii secularis contra eum procedemus.

Ut autem omnia et singula praemissa ad singulorum Ne — — — deducantur, vobis omnibus et singulis dominis supradictis, et cuilibet vestrum, qui super hoc fuerit requis[itus] — — — [prae]fata excommunicationis mandamus, ut copiam praesentium literarum in portis ecclesiarum vestrarum et — — — praefatus Joannes Chenkey, excommunicatus, aggravatus et reaggravatus inobediens et rebellis, et — — — participantes excommunicati, seu eorum aliquis (quatenus securus eo vobis dabitur accessus) habitat, fa[ciatis] affigi et extendi. Et tandem affixum et extensum fore permittatis, quousque per publicum conspectum — — — ipsius omnia et singula in eis contenta fient cunctis manifesta. Et a praemissis omnibus et singulis non cessetis, donec a nobis, vel superiori nostro aliud habueritis in mandatis. Absolutionem vero omnium et singulorum, qui in praemissas sententias nostras succurrerint, nobis vel superiori nostro tantum referramus. Quicquid autem in praemissis feceritis, nobis fideliter et conscientiose rescribatis, praesentibus in specie remissis. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium, praesentes literas nostras fieri, et sigilli nostri apressione subscriptioneque publici notarii iussimus et fecimus com-

munire. Datum Tirnauiae sexta die m[ensi]s augusti, anno domini millesimo quingentesimo octuagesimo primo. Stephanus Somogy publicus authoritate apostolica notarius, manupropria.

Hátlapon: Reproduxit Lucas Peechy in judicio 26. septembris anno 1581.

Különböző kézzel: Ego Michael Mwray Zombathely, plebanus in oppido Wayka, in districtu czalóköz, excommunicavi hunc virum, Johannem Chenkey commorantem in eodem czenke 29 die augusti, post dominicam protector noster.

Ego Valentinus Zeredi plebanus in oppido wassárwtt, plebania vocata egiha[z]as kwrth, excommunicavi hunc nobilem Johannem chenkei commorantem in eadem czenke, 27 die augusti, die dominica 14.

Ego Mattias Gwttay, plebanus in pago existenti Zent mihalfalwa vocata in districtu chiallokösz, excommunicavi hos viros intra scriptos per ordinem diebus novem [?] eorum perscripsi — — — die augusti dominica protector noster: 14.-a.

Eredeti, papíron rányomott papírpecséttel, meglehetősen rongált állapotban.

34.

1582. január 26. Pozsony. (az elintézés kelte.)

A pozsonyi ferenczrendü szerzetesek a kamarától pénzsegélyt kérnek. A kérvényre a kamara 25 frt.-ot utalt ki.

Reverendissime et generosi domini, patroni observandissimi! Orationum nostrarum devotarum commendationem.

Egemus magnopere, nec est quo nos sustentemus, oramus itaque suppliciter dominationes vestras, dignentur nostrae egestati succurrere, et in sortem nostrae provisiunculae aliquantum pecuniae, nobis dari iubere. Benignum expectamus responsum.

Reverendissimae et generosis dominationibus vestris humilimi sacellani. Minister et ceteri fratres Posonii degentes.

Kivül: Humilima Supplicatio ministri, ac ceterorum fratrum Posonii degentium.

Az elintézés ugyanott: Domine perceptor, Monachis fratribus, hic Posonii degentibus date in sortem provisionis eorum, viginti quinque florenos Hungaricales. Accepta quietantia. Actum Posonii, die XXVI. Januarii, anno M.D.LXXXII. Ex consilio camerae Hungarice G. Hozuthothy, Ge. Nostitz.

Eredeti, papiron.

35.

1582. január 26. Pozsony.

A pozsonyi ferenczesek nyugtája a részükre szokásos ellátás czimén kiutalt 25 magyar forintról, melyet a magyar kamara perceptorától, Wienner Andrástól fölvettek.

Nos fratres ordinis minorum Sancti Francisci, monasterii Posoniensis, fatemur et recognoscimus per praesentes literas nostras, nos in rationem annuae nostrae provisionis ab egregio Andrea Wiennero, perceptore proventuum camerae Hungaricae percepisse florenos viginti quinque Hungaricales, super quibus florenis viginti quinque Hungaricis eundem dominum perceptorem harum testimonio literarum, quas sigillo nostri conventus obsignavimus, ac manus propriae subscriptione nostri ministri fratris Mathiae Borhy corroboravimus, quietum atque expeditum reddimus. Actum Posonii vigesima sexta Ianuarii, anno domini millesimo quingentesimo octuagesimo secundo. Frater Mathias Borhy, minister.

Oldalt balra: qu. pro flor. 25.

Eredeti, papiron, rányomott papirpecséttel Nemzeti Múzeum levéltári osztálya. Törzsanyag. Ugyanott, ugyanabból az évből még egy nyugtája található a pozsonyi ferenczeseknek 25 magyar forintról. A nyugta datuma 1582. szeptember 13. Pozsony.

36.

1582. március 31. Szakolcza.

A szakolczai franciscanusok nyugtája 25 magyar forintról, amelyet a nekik a felségtől évenkint rendelt 100 forint első részleteként a szakolczai harmincadosoktól — Bogárdi Pétertől és Oroszthony Ferenctől — fölvettek.

Ego frater Franciscus de gyengyes Gwardianus monasterii Zakolcensis, fateor et recognosco per praesentes literas meas, quod egregii domini Petrus Bogardi et Franciscus Orozthoni tricesimatores Zakolcenses, de provisione centum florenorum Hungaricalium, quam Sacratissima Caesarea Regiaque Maiestas, dominus noster clementissimus nobis fratribus minoribus, hic in praefato monasterio degentibus, graciose contulit, et ex hac tricesima Zakolcensi annuatim duranter suae Maiestatis beneplacito dandam jussit: nunc primo viginti quinque florenos Hungaricales nobis restituerunt; de quorum viginti quinque florenorum

Hungaricalium plenaria restitucione, ego tum in mea propria persona, tum aliorum fratrum supra dictos egregios dominos tricesimatores quietos et expeditos reddo, harum nostrarum vigore et testimonio literarum, manusque meae propriae subscriptione ac sigillo meo, quo utor munitarum. Datum in praefato nostro monasterio Zakolcensi, ultima die martii, anno salutis 1582. Frater Franciscus, qui supra, manu propria scripsit. Michael Zthenychnyaky contrascriba, mp.

Oldalt balra: q. pro flor. 25.

Rányomott papir pecséttel, papiron, eredeti. Nemzeti Múzeum levéltári osztálya. Törzsanyag. A további részleteket június 30-án, szeptember 30-án és december 31-én szabályszerű nyugtákon vették föl, amelyek ugyanott találhatók.

37.

1582. augusztus 27. Olmütz.

Göckeritz (Köckritz) Kristóf zeneszerző megküldi a selmecziek-nek hat szólamra készült, az év ünnepnapjaira szóló Introitus-át.

Salutem et secundam omnibus in rebus fortunam Amplitudini vestrae una cum humilimis meis servitiis precor et opto a deo opt[imo] maximo. Neminem ignorare existimo, amplissimi ac ornatissimi domini, praeclaram ac excellentem illam canendi scientiam, quam Musicera appellamus, inter reliquas artes liberales, disciplinasque ingenuas non postremas sibi partes vendicare. Cuius nos ideo deus opt. maximus fecit participes, ut illius nomen in templis in ecclesiis inter christianos et in toto orbis circulo summis praeconiis concentu ac suauvissimo cantetur, laudetur et extollatur. Exempla nobis fuerunt purissimi illi e caelo delapsi spiritus, qui Christo salvatori nostro e virgine nascenti melodia dulcissima astiterunt cantantes: gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis. Divus Paulus etiam nos ut psalmis et melodiis sacratis canticis denique perplacidis deum laudemus, admonet et hortatur. Quare amplissimi ac ornatissimi domini cum vos deus opt. max. ornamentum regiminis reipublicae Christianae constituerit, ut hac vestra prudentia et animi summi sapientia, cum maxima omnium utilitate toti plebi ac civitati vestrae ornatissime praesitis, evangelium Christi sanctissimum et religionem sacram defendatis, scholas denique et earum praefectos

a deo constitutos vestra munificentia augeatis: haec inquam sunt, quae animum meum impulerunt, ut Amplitudinibus Vestris Introitus hos de praecipuis et summis totius anni festivitatibus cum unico hoc officio sex vocum a tenuitate ingenii mei profecta dedicarem, et cum summa animi demissione servitiorum meorum offerrem, quae Amplitudines vestrae a me suscipere mihique hoc ipsum in dexteram partem explicare non dedignetur. Quod reliquum est Amplitudinibus vestris deo optimo maximo submissa animi devotione commendo, una cum officiorum meorum tenuium erga benevolentiam vestram commodatione valeat Amplitudines vestrae in annos nestoreos. Actum Olomüty 27. die augusti anno salutis nostrae 1582. Vestris amplitudinibus addictissimus Christophorus Köckritius, musicus practicus apud D. Mauriti collegae.

Kívül: Amplissimis viris, nobilitate, doctrina, sapientia, virtute et eruditione praestantibus, judici et juratis civibus regiae liberae montanae civitatis Schemnicensium Pannoniorum, dominis et patronis suis colendissimis.

Más kézzel: Praesentirt den 14. septembris, Anno 82.

Auf dies schreiben sind dem Componisten R. 3 vererhrt, und durch seinen gesandten einen studenten Wenceszlaum Rosen montanum Ime zugeschickt.

Eredeti, papíron, kívül C. K. G. betűs papírba nyomott gyűrűpecsétje látható a levélírónak. Göckeritznek ezt a munkáját a zenei irodalom nem tartja számon. V. ö. Rob. Eitner: Biogr.-Bibliogr. Quellen-Lexikon der Musiker und Musikgelehrten etc. Leipzig, 1901. IV. k. 291. l.

38.

1582. szeptember 13. Pozsony.

A magyar kamara a pozsonyi ferenczesek számára 25 forintot utal ki.

Domine perceptor, fratribus franciscanis in Monasterio Posoniensi commorantibus, in rationem provisionis eorum, solve florenos viginti quinque Hungaricos, accepta quietantia, Actum Posoni, die decima tertia septembris anno etc. octuagesimo secundo. Ex consilio camerae Hungaricae Sacrae Caesareae Regiaeque Maiestatis. Agriensis mpria. G. Hozuthothy mp.

Hasonló tartalmú rendelkezés 1582. július 11, kelettel ugyanott.

Eredeti, papiron.

39.

1582. október 8. Pozsony.

A pozsonyi ferenczesek nyugtája 50 magyar forintról, melye templomuk javítására a kamarától fölvettek.

Nos fratres ordinis minorum S. Francisci monasterii Posoniensis, fatemur et recognoscimus per praesentes literas nostras, nos florenos illos quinquaginta Hungaricos, quos sacra Caesarea Maiestas nobis ad restaurationem ruinarum templi nostri, ex gratia clementer contulit, ab egregio domino Andrea Wiennero, perceptore proventuum camerae Hungaricae integre et plenarie percepisse. Super quibus florenis quinquaginta Hungaricis eundem dominum perceptorem harum literarum testimonio, sigillo nostri conventus obsignatarum, ac manus propriae subscriptione nostri ministri Mathiae Borhy corroboratarum, quietum atque expeditum reddimus. Actum Posonii, die octava mensis octobris, anno domini, millesimo quingentesimo octuagesimo secundo. Frater Mathias Borhy, minister, manu propria; Michael Zthenychnyaky contrascriba mp.

Oldalt balra: q. pro flor. 50.

Eredeti, papiron, rányomott papirpecséttel.

40.

1583. január 21. Pozsony.

A pozsonyi ferenczesek nyugtája 25 magyar forintról, amelyet évi ellátásuk dija fejében Wienner Andrástól fölvettek.

Nos fratres ordinis minorum Sancti Francisci monasterii Posoniensis, fatemur et recognoscimus per praesentes literas nostras, nos in rationem provisionis nostrae annuae, ab egregio domino Andrea Wiennero, perceptore proventuum camerae Hungaricae, levasse florenos viginti quinque Hungaricos, super quibus florenis viginti quinque hungaricis, eundem dominum perceptorem, harum testimonio literarum, quas sigillo nostri conventus obsignavimus, ac manus propriae subscriptione nostri ministri Mathiae Borhy corroboravimus, quietum atque expeditum reddimus, Actum Posonii vigesima prima januarii anno etc. octuagesimo tertio. Frater Mathias minister, Michael Zthenychnyahy contrascriba.

Oldalt balra: q. pro flor. 25.

Rányomott papipecséttel, eredeti.

41.

1583. március 4. Weimar.

Artopeaus Márton weimari pap és biró a város nem régen restaurált temploma részére Pozsony városától casulát, illetőleg egyházi szerelvényeket kér ajándékul.

Officia nostra paratissima ex animo V[iris] C[ircumspecti]s D[ominis] tanquam nostris dominis clementissimis deferimus ac in totum devovemus etc. Quoniam egregii ac circumspecti domini, ad sacra conficienda precesque divinas celebrandas ornamentis ecclesiasticis opus habemus, si vestris egregiis ac circumspectis dominationibus tanquam nostris clementissimis dominis incommodum non est, ut nostrae ecclesiae non ita pridem restauratae aliqua casula, seu (ut vocant) ornamento ecclesiastico succurrere dignentur, humiliter vestras egregias ac circumspectas dominationes rogamus, ut eo nostris in sacris atque templo, quod est omnium celeberrimum, communemque totius orbis terrarum pietatem, et laetitiam continet, per aliquod temporis spatium uti possimus. Quod plane futurum confidimus, atque ut vestrae E[gregiae] ac C[ircumspectae] D[ominationes] nostri aliquem respectum habeant, humiliter iterum atque iterum rogamus. Cum his Vestras Egregias ac Circumspectas Dominationes salvas atque florentes in annos longevos fieri exoptamus. Actum Wimary 4. Marti, anno domini 1583. V[estris] E[gregiis] ac [Circumspectis] D[ominationibus] Martinus Artopaeus, parochus Wimariensis illiusque loci judex et tota communitas subjectissimi et addictissimi.

Kívűl: Clarissimis, Egregiis ac Circumspectis Dominis, domino Feliciano et inclytae coronae senatus Posoniensis, dominis nobis clementissimis, in proprias palmas exhibeantur.

Máskézzel: Redditum 8. Aprilis anno 1583. Más kézzel: Weimar.

Eredeti, papíron, papírba nyomott záró pecsétjén a címerkép fölött M. A. N. kezdőbetük láthatók.

42.

1583. december 5. Bitse.

Forgách Imre a selmeczíekhez. Kérdezősködik az új kalendárium sorsa felől. Vajjon elfogadják-e, vagy az országgyülésre halasztják a döntést? Mivel az ügy oly fontos, hogy nemcsak koreskedelmi érdekeket érint, hanem az emberi társadalom életébe is beleszól, nem kellene mellékesen kezelni az ügyet. Mivel pedig az ágostai hitvallás legfőbb patronusa a szász fejedelem, kivánatos volna megtudni a szász egyházak magatartását. Mindezekről mielőbbi tudósitást kér.

Egregii prudentes ac circumspecti domini, amici et vicini nobis honorandi. Salutem et officiorum nostrorum plurimam commendationem.

Quid actum sit hactenus in causa calendarii recens evulgati, non latet dominationes vestras. Si quidem episcopi non modo non cessant, sed acrius instant, ut recipiatur, illudque sui esse officii asserunt promulgare Calendarium, ex quo nil aliud, quam popularem auram et inanem gloriam venantur. Quare magnopere peto, ut quid de recipiendo Calendario sentiant, mihi perscribant, utrum illud recipere, an vero rejicere velint, aut potius ad publicum regni consensum vicinarumque provinciarum negotium differre statuerint. Cum enim res sit tanti momenti, quae non modo omnes contractus et negotiationes ac fora confundat, verum ipsam etiam humanam societatem tollere videatur, non est obiter praetereunda, sed antequam aliquid statuatur diligentissime expendendum et discutiendum negotium. Quamobrem iterum atque iterum peto, ut quid de universo hoc negotio sentiant, mecum haud gravatim communicent, si quidem sciam esse inter Dominationes Vestras Egregias viros gravissimarum rerum iudicio pollentes, ut qui res maximi momenti possit iudicio et ratione discutere. Hisce Dominationes Vestras Egregias fideliter ac optime valere cupio. Datis in castro Bichiae 5 decembris 1583.

Post scripta. Quia nostrae ecclesiae consentiant cum Augustana confessione, cuius hodie supremus fautor est princeps Saxoniae, peto ut non gravatim me edoceant, quid Saxonicae ecclesiae de hoc ipso calendario hactenus senserint; non enim dubium est coniunctos esse cives et plerasque ex quibus Dominationibus egregiis emittere [?] aliisque necessitudinibus cum Saxonibus et Bavaris, quo facilius hactenus fuit Dominationes Vestras statum calendarii huius cognovisse aut intellexisse, qualis in Saxonia et aliis Imperii provinciis sit. Emericus Forgach de Gymes manupropria.

Egregiis prudentibus ac circumspectis dominis Judici, Senioribus, et senatui civitatis inclytae regiae mineralis Schemniciensis etc. nimis amicis nobis honorandis.

Más kézzel: Praesentirt den 9. decembris anno 83.
Eredeti missilis, vörös zárópecsét nyomaival.

43.

1584. márczius 11. Nemeskürt.

Pogrányi Benedek a bakabányaiaknak híreket ír az új naptár ügyéről: Nyitra megye hosszú vita után döntését elhalasztotta a legközelebbi országgyűlésig. Annak végzéséhez kíván alkalmazkodni. Nagy a zavar, mert Pozsony megye az új naptár mellett foglalt állást. Trencsén, Bars és Hont megyék még nem döntöttek.

Generosi Domini et amici observandissimi. Salutem et servitiorum commendationem. Comitatus Nitriensis in recipiendo novo calendario multas sane disputationes habuit, postea tamen in hoc concordarunt, quod ad futuram generalem suae Maiestatis et regnicolarum dietam reiecerunt, ibi deinde quidquid conclusum fuerit, parati erunt obtemperare, interim veteri calendario uti decreverunt. Sunt in maxima confusione, nam comitatus Posonii ensis novum recepit. Quid comitatus Trinciniensis concluserit, nihil certi habeo, spero tamen ad meum reditum intellecturum. Brevi etiam in comitatu Barsiensi et Hontensi domini nobiles convenient, videbimus postea ibi quoque negotium in quo statu mansurum sit. Cum his D[ominationes] V[estras] G[enerosas] felicissime valere opto. Ex Nemeskwrt. 11. martii 84.

E[gregiis] D[ominationibus] V[estris] frater et amicus
B. Pograni.

Czímzés: Generosis Dominis N. judici et juratis civibus liberae regiae montanae civitatis Bakabaniensis etc dominis et amicis observandissimis.

Eredeti missilis, papíron, pecsét nélkül.

44.

1584. március 13. Nemeskürt.

Pogrányi Benedek a bakabányaiakhoz. Értesiti őket Nyitramegyének az új kalendáriummal szemben elfoglalt magatartásáról. Első izben az országgyűlésre halasztották a döntést, másnap, amikor a nemesek közül már sokan eltávoztak, megjelent a püspök és kérésére elfogadták az új kalendáriumot, megfeledkezve előző határozatukról, ami a nemesek közt várhatólag ellentéteket fog okozni.

Generosi Domini et amici observandissimi. Salutem et servitiorum commendationem. Nudius quartus scripseram Generosis Dominationibus Vestris Comitatum Nitriensem novum calendarium non acceptasse, sed ad futuram diaetam reiecisse, nec secus se res habuit, sed secunda

postea die dum plurimi ex nobilibus discessissent. In persona dominus episcopus comitatum convenit, quos multis precibus tandem ita deflexit, quod novum calendarium receperint immemores prioris deliberationis, sane non parva inter nobiles controversia ex his orietur. Statum rei et inconstantiam hominum volui Generosis Dominationibus Vestris hisce significare. Quod superest Generosas Dominationes Vestras felicissime valere cupio. Ex Nemes kwrth 13. martii 84. Frater et amicus B[enedictus] Pograni.

Cimzés: Generosis et circumspectis dominis N. judici et juratis civibus liberae regiomontanae civitatis Bakabaniensis etc. dominis et amicis observandissimis.

Eredeti, papiron, pecsét nélkül.

45.

1584. április 25. Kenese.

Tolnay János kenesei prédikátor által kiállított oklevél egy szőlő vételről.

A. D. 1584. szent Mark evangelista napian. Az alfevldi demeter birosagaban. Ismertete Maior peter, sandori Lazlo. Az zelet penig Nagy mihalj vette, mely zele hiuatatik monar zelenek, vette penig az nagy mihalj az zelet flor. 45. zep talerokon, az nagy mihalnak eggik echie matthias, az masik gergely; az okos andrasnetul az kalara azzontul, es az ev giermekitel, az ersetel. Attak penig es vallottak az helisegben. Sandoron: az egez sandori polgarok elet, fél zelrel maior petere, ísmeg orban gienise, nap keletrel Janossa petere az Wegeben, nap eniezetrel az orzag vta, delrel pesti mihalj zeleie. Az mindzenti Wenerika azzoni ideieben attak, vallottak, az nagj mihaljnak, az e echieinek az zele erekseget, firol fira, es nemzetrel nemzetre kit senki fel nem bonthat, az zabo gergelj Wduarbirosagaban, Marthon Imre ispansagaban, irta penig ezt ez zele levet [!] az ereksegh felel, az kenesej praedicator az tolnaj Janos.

Eredeti, pergamen oklevél, rányomott pecsét nyomaival.

46.

1584. szeptember 12. Bécs.

Ernő főherceg az újvári kapitány kinevezése ügyében. Kívánatosnak tartja, hogy a végbeli kapitányok általában, de főként azok, akik az egyház censusából fenntartott várakban viselnek kapitányi tisztséget, ne csak a török ellen harcoljanak, hanem a katholikus vallásnak védelmében is buzgólkodjanak. Ajánlja báró Dietrichstein Miksát az ujvári kapitányságra.

Ernestus dei gratia archidux Austriae, dux Burgundiae etc. comes Tyrolis etc.

Reverende, devote, syncere nobis dilecte. Accepimus literas vestras pridie Calendas septembris ad nos datas, ex quibus syncerum ac nobis quidem antea multis argumentis cognitum atque perspectum animum zaelum (!) atque desyderium vestrum in propaganda ubivis locorum et terrarum relligione catholica praesertim vero quo ad nominationem supremi alicuius in arce Vywar capitanei, abunde cognovimus.

Nos equidem nihil magis optaremus, quam ut praesidiis illis, qui in confinibus regni Hungariae sunt universis, iis praesertim, quae ecclesiae censibus muniuntur atque sustentantur catholicae religionis tantum viri duces atque capitanei praeficerentur, qui non solummodo de infenso Christiani nominis hoste immanissimo turca debellando, sed de religione etiam Catholica iis in partibus promulganda, defendenda, atque conservanda pro viribus, intenti atque solliciti essent; nec dubitamus nobilem fidelem nobis dilectum Maximilianum a Dietrichstain baronem, quem tum propter parentis, tum propria quoque merita nobis multis ab hinc annis indefesso studio praestita, valde gratum habemus, huic muneri pro sua qua est in rebus gerendis sollicitudine, dexteritate et pietate huic officio cum summa sua laude et omnium satisfactione commode praefici posse: Quandoquidem vero de sufficiendo in locum defuncti comitis de Hardegk supremo arcis Vywariensis capitaneo praeteritis hinc diebus Sacratissimae Caesareae Maiestati etc, demissam nostram opinionem atque sententiam adaperuerimus suae Maiestatis resolutio nobis superinde expectanda sicque negotium hoc apud suam Maiestatem urgendum erit. Id quod ad memoratas vestras rescribendum vobis duximus literas, de caetero benignitate nostra vos iugiter complectimur. Datum Viennae, die duodecima mensis Septembris, anno domini millesimo quingentesimo octuagesimo quarto.

ORSZÁGOS EVANGÉLIKUS KÖNYVTÁR

Ernestus. Ad mandatum Serenissimi domini archiducis proprium. Westernacher mp.

Eredeti, papiron, Ernő főherceg aláírásával.

47.

1585. január 25. Varsó.

Báthory István lengyel király levele Nádasdy Ferenczhez, melyben egy Potoczky nevű ifjut, aki Nádasdy udvarában nevelkedik, további jóakaratába ajánl, kérve, hogy vigye magával az ifjut olyan helyre is, ahol a vitézi élettel is megismerkedhetik.

Stephanus dei gratia rex Poloniae, Magnus dux Lithvaniae, Russiae, Prussiae. Masoviae, Samogitiae, Livoniaeque etc. princeps Transilvaniae.

Spectabilis et Magnifice domine, affinis noster carissime, salutem et benevolentiam nostram regiam. Ir kegyelmed levelebe Potoczki feleol, kitt az mi commendalasunkra be veott uolt kegyelmed, hogi az kegyelmed vduaraba iol uiselne magat minden erkeolczibe, es hogi kegyelmed is minden io akarattal uolna hozzaia, kitt kegyelmednek myes keozeonunk, es mint atiank fiatul io neuen vezeonk. Meli io akarattiat eo hozzaia ennek uthanna is az eo rende zerinth ne vonnia meg kegyelmed teole, es myert hogi innet oda az idegen helire az tanulasert, latasert, hallasert bochattuk, az mikoron az kegyelmed zolgay affele helire mennek, holot eois iffiusaga zerint az vitezleo dologhoz.ualo indulattiat megh mutatthattia, kegyelmed kuldgie ki velek, hogi tanoluan es giakoroluan magatt az witezleo dologba, ieohessen io hirrel neuel ide vizza. Tarcza meg Isten kegyelmedet. Datum in arce nostra regia Varsauiensi, vigesima quinta die mensis januarii, anno domini millesimo quingentesimo octogesimo quinto, regni vero nostri nono. Stephanus rex.

Spectabili ac Magnifico domino Francisco de Nadasd, comiti perpetuo comitatus Castriferrei ac Sacrae. Caesareae Regiaeque Maiestatis consiliario etc. affini nostro charissimo.

Eredeti, papiron, Báthory István aláírásával, kivül nagy zárópecsét nyomaival.

48.

1585. január 28. Pozsony.

A pozsonyi ferencrendüek nyugtája 25 forintról, amelyet az 500 forint évi kamatja címén a pozsonyi kamarától fölvettek.

Nos fratres, ordinis minorum S. Francisci, monasterii Posoniensis, fatemur per praesentes literas nostras, nos in rationem census seu interesse annui, quingentorum florenorum Hungaricalium ab egregio domino Andrea Wiennero, perceptore proventuum camerae Hungaricae percepisse florenos viginti quinque Hungaricos. Super quibus florenis 25 eundem dominum perceptorem, harum testimonio, sigillo nostri conventus obsignatarum ac manus propriae subscriptione Mathiae Borhy, ministri nostri corroboratarum, quietum atque expeditum reddimus. Actum Posonii, die vigesima octava Januarii, anno domini millesimo quingentesimo octuagesimo quinto. Frater Mathias Borhy minister manu propria. Michael Zthenychnyaky contrascriba mp. Oldalt balra: q. pro flor. 25.

Rányomott papir pecséttel, eredeti. Nemzeti Múzeum levéltári osztálya. Törzsanyag. Az 1585. évből ugyanott április 16. június 8. és október 15. datummal még három nyugtatvány található a pozsonyi ferencrendüektől, időrendi sorrendben 20, 15 és 50 forintról. Az első kettőt „in rationem annui nostri census seu interesse de mille florenis", a harmadikat egyszerűen „in rationem census seu interesse annui" cimen veszik föl.

49.

1585. márczius 31. Szakolcza.

Gyöngyösi Ferenc szakolczai ferenczes gvardián nyugtája 25 magyar forintról, amelyet a király által számukra rendelt évi 100 forint ellátási összegből Bogárdy Péter és Oroszthony Ferenc szakolczai harmincadosoktól fölvett.

Ego frater Franciscus de Gyengyes, in provincia Hungarica salvatoriana commissarius, fateor et recognosco per praesentes literas meas, quod egregii domini Petrus Bogardy et Franciscus Orozthony tricesimatores Szakolczenses, de provisione centum florenorum Hungaricorum, quam S. Caesarea Regiaque Maiestas, dominus noster clementissimus nobis fratribus minoribus hic in praefato monasterio degentibus graciose contulit, et ex hac tricesima Szakolczensi, annuatim durante suae Maiestatis beneplacito, dandam jussit. Nunc primum viginti quinque

florenos Hungaricos nobis restituerunt, quos viginti quinque florenos Hungaricos plenaria restitutione, ego tum in propria persona, tum aliorum fratrum supradictorum egregios dominos tricesimatores quietos et expeditos reddo, harum mearum literarum vigore et testimonio, manusque subscriptione ac sigillo minori munitarum, Datum in praefato nostro monasterio Szakolczensi, ultima die marcii 1585. frater franciscus qui supra, manu propria; Michael Zthenychnyaky contrascriba. Oldalt balra: q. pro flor. 25.

Eredeti, papirba nyomott pecséttel.

50.

1585. július 26. Pozsony.

Borhy Mátyás ferences provinciális nyugtája 25 magyar forintról, amelyet a kamarától évi ellátás fejében fölvett.

Nos fratres, ordinis minorum S. Francisci monasterii Posoniensis. Fatemur per praesentes literas nostras nos in rationem provisionis nostrae annuae ab egregio domino Andrea Wiennero, perceptore proventuum camerae Suae Maiestatis Hungaricae accepisse florenos viginti quinque Hungaricos. Super quibus florenis viginti quinque Hungaricis eundem dominum perceptorem, harum testimonio, sigillo nostri conventus obsignatarum, ac manus propriae subscriptione Mathiae Borhy, ministri nostri corroboratarum, quietum atque expeditum reddimus. Actum Posonii die vigesima sexta Julii, anno domini octuagesimo quinto. Frater Mathias Borhy minister, Michael Zthenychnyakv contrascriba. Oldalt balra: q. pro flor. 25.

Rányomott papir pecséttel papiron, eredeti.

51.

1585. szeptember 1. Komárom.

Dobroonoki Miklós komáromi prédikátor kijelenti két mostoha gyermeke nevében, hogy hozzájárul ahhoz a megállapodáshoz, amit elhalt felesége rokonai az ő távollétében Schierbager András rokonuk hagyatéka felől kötnek.

Salutem et officii nostri commendationem.

Circumspecti viri, domini et amici honorandi, praeteritis diebus intelleximus per literas vestrarum D[omina-

tionum] cognatam nostram ibidem agentem, sororem quondam Andreae Schierbager alias Vyheli, defunctam esse. Quo audito et intellecto consanguineae uxoris meae jam defunctae, filiae quondam Andreae Schierbager alias Vyhelj, in conspectu D. V. comparuerunt, reque infecta domum rediere. Nunc secunda vice pro voto earundem me annuente, pro re eadem conficienda in conspectum V. D. ascenderunt. Et quamvis mihi pro ratione officii publici unacum illis in persona privignae meae filii item et filiae ab eadem praefata et iam defecta uxore mea ascendere non licuerit, quicquid tamen illi coram V. D. dixerint me consentiente aut constituerint, non contradixero. In cuius rei testimonium et maiorem firmitatem in persona praenominatorum liberorum meorum, do has meas literas sigillo proprio munitas. Easdem D. V. fideliter valere exoptans. Datum Comarini 1. die septembris, secundum novum calendarium. A. D. 1585. Nicolaus Dobronochinus pastor ecclesiae Christi in Comarom.

Kivül. Circumspectis ac prudentibus viris magistro civium, judici ac juratis civibus Novae Civitatis, dominis, et amicis nobis honorandis etc.

Eredeti, papiron, papirba nyomott gyűrűpecsét nyomaival.

52.

1585. szeptember 12. Pozsony.

Gyöngyösi Ferenc szakolczai ferences guardián nyugtája 12 veder borról és 25 köböl búzáról, amelyet Baranyay Istvántól, a pozsonyi érseki residentia gondozójától a király által az érseki jövedelmekből számukra rendelt alamizsna cimén felvett.

Nos frater Franciscus de Hyongos guardianus Zakocyensis, ceterique fratres, fatemur et recognoscimus per praesentes literas nostras, quod egregius dominus Stephanus Baraniay, provisor curiae archiepiscopalis Posony habitae, illas vini urnas 12, triticum 25 cub. Posoniensium, quo sua Serenitas ad necessitates monasterii Zakolciensis, nomine elemosinae ex proventibus archiepiscopalis clementer dare mandaverat, integre et plenarie persolvit, de quibus suam dominationem per praesentes literas nostras quietum facio et expeditum reddo. Datum Posonii 12 die septembris, anno domini millesimo quingentesimo octuagesimo quinto. Idem frater franciscus, qui supra, manu propria.

Eredeti, papiron, rányomott papirpecséttel.

53.

1585. november 17. Szucsány.

ifj. Thúry Pál szucsányi lelkipásztor nyugtája az általa fölvett tizenhatodról.

Anno domini 1585. Ego Paulus Thurius junior, fateor et testor pro sedecima per egregium dominum, dominum Benedictum Gutay plenarie satisfactum esse. Quod chyrografo confirmo, 17. novembris. Idem qui supra, manu propria, pastor ecclesiae Syuchaniensis.

Eredeti, papiron. A rányomott gyűrűs pecséten V. L. betű áll. tehát nem ifj. Thúry Pálé.

54.

1586. január 31. Pozsony.

A pozsonyi ferenczesek 25 forintot vesznek föl évi ellátásuk részlete fejében Wienner András kamarai perceptortól.

Nos fratres, ordinis minorum S. Francisci monasterii Posoniensis, Fatemur per praesentes literas nostras nos in rationem provisionis nostrae annuae ab egregio domino Andrea Wiennero, perceptore proventuum camerae suae Maiestatis Hungaricae, accepisse florenos viginti quinque Hungaricos. Super quibus florenis viginti quinque eundem dominum perceptorem harum vigore ac testimonio literarum sigillo nostri conventus obsignatarum, ac manus propriae subscriptione Mathiae Borhy, ministri nostri corroboratarum quietum atque expeditum reddimus. Actum Posonii, die ultima januarii, anno domini octuagesimo sexto. Frater Mathias Borhy manu propria, Michael Zthenychnyaky contrascriba. Oldalt balra: q. pro flor. 25.

Eredeti, papiron rányomott papirpecséttel. Nemzeti Múzeum levéltári osztálya. Törzsanyag. Az 1586. évről szóló többi nyugták dátuma és összege: 1) julius 31. 25 frt. Zthenychnyaky Mihály perceptortól; 2) október 6. 50 frt. Zthenychnyaky Mihály perceptortól; 3) december 5. 20 frt., Zthenychnyaky Mihály perceptor kezéből.

55.

1586. június 23. Nagyszombat.

A nagyszombati ferenczesek templomuk javitására a nagyszombati harminczadostól 25 forintot vesznek föl.

Nos frater Joannes Kassoviensis guardianus monasterii S. Jacobi Tyrnauiensi existentis, fatemur et recognoscimus praesentibus literis nostris, nos ratione gratiae florenorum videlicet vigintiquinque, quos sua serenitas in restauratione monasterii praedicti clementer contulit, ab egregio d[omino] Francisco Ochkay tricesimatore S. Maiestatis Caesareae Tyrnaviensis, percepisse et levasse plenarie et absque defectu, supradictos collatos florenos vigintiquinque, super quibus eundem D[ominum] Tricesimatorem reddimus quietum et expeditum harum nostrarum vigore et testimonio literarum, Actum Tyrnaviae 23. Junii, anno 1586.

Oldalt balra: q. pro flor. 25.
Eredeti, papiron, rányomott papipecséttel,

56.

1586. szeptember 30. Szakolcza.

Füleki András a Szakolczai ferenczesek guardiánja elismeri, hogy Bogárdy Péter és Oroszthony Ferencz harmincadosoktól fölvette a felség részéről számukra kiutalt 100 frt. tartáspénz harmadik részletét 25 forintot.

Ego Frater Andreas de filek, ordinis fratrum minorum guardianus monasterii Zakolcensis, ceterique fratres eiusdem ordinis et monasterii Zakolcensis, fatemur et recognoscimus per praesentes literas nostras, quod egregii domini Petrus Bogardi et Franciscus Orszthony, tricesimatores Zakolcenses, de provisione centum florenorum Hungaricorum, quam Sacratissima Caesarea Regiaque Maiestas dominus noster clementissimus, nobis dictis fratribus in praefato monasterio Zakolcensi degentibus, graciose contulit, et ex hac tricesima Zakolchensi annuatim durante suae Maiestatis beneplacito dandam jussit, nunc rursus pro tercia angaria nobis viginti quinque florenos restituerunt; de quorum quidem viginti quinque florenorum plenaria restitutione tum ego in mea propria persona, tum vero aliorum fratrum nostrorum personis, supradictos dominos tricesimatores Petrum Bogardi et Franciscum Orozthony, quietos et expeditos reddimus harum nostrarum vigore, et testimonio literarum mediante, manusque nostra propria subscriptione, et sigillo nostro munitarum. Datum in praefato nostro monasterio Zakolchensi ultima die septembris, anno domini millesimo

quingentesimo octogesimo sexto, Frater Andreas qui supra manu propria. Oldalt balra: q. pro flor. 25.

Eredeti papiron, rányomott papirpecséttel. Nemzeti Múzeum levéltári osztálya, Törzsanyag. Az évi 100 frt. 4-ik részletét 25 frt-ot. december 31-én veszi föl Gasparus Varadiensis, szakolczai guardián. Az 1. és 2. részlet nyugtái nincsenek a törzsanyag levelei között.

57.

1586. október 6. Pozsony. (Az elintézés kelte.)

A pozsonyi ferenczesek a kamarától pénzt kérnek, mert sem fűteni valójuk sem boruk nincs télire való. A számukra járó fenntartási és kamat hátralék már 150 frt.-ra nőtt, ennek kifizetését kérik.

Generosi domini, patroni observandissimi.

Jam hiems imminet ad quam sustinendam alimenta nobis comparanda essent. Et imprimis vindemia prae foribus est, in qua pro totius anni usu vina nobis emenda sunt: sed deest pecunia. Et nisi Dominationes vestrae subvenerint, his omnibus carebimus. Supplicamus igitur, dignentur nobis nostram provisionem et interesse, quae ad centum et quinquaginta florenos excreverunt, persolvi jubere, ut hoc beneficio Dominationum vestrarum — — — vitae nostrae sustentandae necessitatibus providere possimus, benignam expectamus relationem.

Dominationum vestrarum . . .

Humiles capellani Fratres Posonienses.

Túloldalon: Humillima supplicatio fratrum Posoniensium. 6. die octobris 1586. Más kézzel: Domine Perceptor his fratribus monachis supplicantibus hic Posonii degentibus date ad rationem annuae provisionis ipsorum, quinquaginta florenos Hungaricos, accepta quietantia. Actum Posonii, sexta octobris. Anno MDLXXXVI.

Ex consilio Camerae Hungaricae. G. Hozutothy mp. C, Bezenczey [?] mp.

Eredeti papiros oklevél.

58.

1587. márczius 20. Pozsony.

A pozsonyi ferenczesek nyugtája 25 frt. felől, amelyet Ztenichnyáki Mihály kamarai perceptortól évi ellátásukra fölvettek.

Nos fratres ordinis minorum S. Francisci Monasterii Posoniensis, fatemur per praesentes literas nos in rationem annuae nostrae provisionis ab egregio domino Michaele Ztenichniaky, perceptore proventuum camerae suae maiestatis Hungaricae levasse florenos viginti quinque Hungaricos, super quibus florenis viginti quinque, eundem dominum perceptorem quietum atque expeditum reddimus, harum testimonio literarum, quas sigillo nostri conventus obsignavimus, ac manus propriae subscriptione nostri ministri, Mathiae Borhy corroboravimus. Actum Posonii, die vigesima martii, anno domini, octuagesimo septimo. Frater Mathias Borhy, manu propria. Oldalt balra: q. pro flor. 25.

Rányomott papírpecséttel, eredeti. Nemzeti Múzeum levéltári osztálya. Törzsanyag.

Ugyanott ugyanezen év augusztus 8-áról található még egy nyugta 25 frt.-ról, amelyet szintén évi ellátás címén vettek föl.

59.

1587. márczius 31. Szakolcza.

Gyöngyösi András szakolczai ferenczes gvardián Bogárdy Péter és Orosztony Ferenc harminczadosoktól, a király által rendelt 100 forint ellátási pénzből első negyed képpen 25 forintot fölvesz.

Ego frater Andreas de Giwngeos, ordinis fratrum minorum gwardianus monasterii Szakolcensis coeterique fratres eiusdem ordinis et monasterii Szakolcensis fatemur et recognoscimus per praesentes literas nostras, quod egregii domini Petrus Bogardy et Franciscus Oroztony, tricesimatores Szakolcenses de provisione centum florenorum Hungaricorum, quam sacratissima Caesarea Regiaque Maiestas dominus noster clementissimus, nobis dictis fratribus in praefato monasterio Szakolcensi degentibus gratiose contulit, et ex hac tricesima Szakolcensi annuatim durante Suae Maiestatis beneplacito dandam iussit, nunc rursus pro praesenti prima angaria, nobis viginti quinque florenos restituerunt. De quorum quidem viginti quinque florenorum plenaria restitutione, tum ego in mea propria persona, tum vero aliorum fratrum nostrorum personis supra dictos dominos tricesimatores Petrum Bogardy et Franciscum Oroztony, quietos et expeditos reddimus, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, manusque nostra propria subscriptione, et sigillo nostro

munitarum. Datum in praefato nostro monasterio Szakolcensi, ultima die martii Anno domini 1587. Idem qui supra, frater Andreas de Gywngeos gwardianus monasterii Szakolcensis manuproprja, Oldalt balra: q, pro flor. 25.

Rányomott papirpecséttel, eredeti, Nemzeti Múzeum levéltári osztálya. Törzsanyag.

A királytól rendelt 100 forint második negyedrészét Füleki András szakolczai gvardian, június 3o-án, a negyedik részét — 25 frt.-ot — Váradi Gáspár szakolczai gvardian december 31-én vette föl. A két nyugtatvány u. ott található, ahol az első negyedről szóló,

60.

1587. —. Jászó.

Gyulay János levele Nagyszombaty Gergely káptalani jegyzőhöz. Hírül adja többek között a helybeli predikátor kivégzését, akinek Kis Ferenc húgával bűnös viszonya volt, mikor kitudódott, maga jelentette föl magát, töredelmes vallomást tett, saját maga kívánta a halált; bíráiúl egyházi embereket kért, vádiratát maga készítette el maga ellen. Kivégzése előtt mindenkit intett az övéhez hasonló bűntől. Páratlan bátorsággal halt meg.

Generose domine fautor confidentissime. Servitii mei perpetuam commendationem. Mindeneket kegyelmednek megh írtam, mireol letth az inquisitio, immar az kamora mit vegezeth, nem tudom, hizem wram zollitnak benneonket, amint ertem az feiedelemnek megh irthak amerth kapotth raytonkh; en Gerghey wramnakh nem tudok mith irnom, hizem eo kegelmek bochattak ide inquisitorokat, meggh penigh azt, aky acusator is, eo kegelme mindenth erth, igen zegen emberek wagionk wram mij, hogy illien ígen expositusok wagionk emmy wronk attiafianak, en nem tudom honnan adatotth enny hatalma, fenieget ereossen hogi mint es hogi lezen, de az Vr Isten remensegeonk.

Hogi penig eddig kegielmednek nem irhattam, oka nem egieb, hanem nagy rettenetes dolog teortenek itth, tegnap weeteteok feiet az itth walo predicatornakh, az oka my legien, weethkezeth az Kis Ferencz hugawal. Az warosnak hir letth benne, megh akariak wala fogny, es sponte eo maga az predicator hozzam jeowe es megh walla, hogy igaz az, amelleth rettenetes irast is ada, minemy rettenetes fertelmessegeket chelekedetth eletiben, es immar ideie halalt zenwedny; eo maga keere, hogy egihazy embereket gyeoichek rea, es keez az halalra menny

eremesth. Az kamora hyrewel azt cheleketthem; en tellies eletembe sem hallottam, sem lattam, ollian gonoz elethew emberbe, hitet, wallasth, gionasth, batorsagoth zebbet ki az halalt wgy affectallia, minth ez, publice minden bineyth ky wallottha, fel zowal, es mindeneket intetth az keresztieny íletre, sok wona az iras feleole.

Az k. hordoj kezek, de Isten latia az el wytele minth lehessen, nem tudom, merth ollj rettenetes az geonczy berken az wíz, hogi oda senki nem mehet. Im reggel megiek Kassara, ha mith erthetek, kegyelmednek azonnal megh írom, ha az resignacio halladna, oztan eggit mennenk ala kegyelmeddel, azert en kedden mindenreol irok kegyelmednek. Az Ur Isten iltesse kegyelmedet cum tota familia jo egessegben. Raptim Ex Jazow, ma wasarnap anno 87. servitor sincerus Io. Giwlaj.

Oldalt: Amit meg nem irhatok mast kegyelmednek Uram meg bezellem.

Czím: Generoso domino Gregorio Thirnawiensi, notario capituli et comitatus Scepusiensis etc. domino fawtori Confidentissimo. Ad proprias.

Eredeti missilis.

61.

1588. december 21. Pozsony.

A pozsonyi ferenczesek fölvesznek 32 forintot annak az az ezer forintnak kamatja címén, amellyel nekik a kamara adós.

Nos fratres ordinis minoris S. Francisci hic Posonii in monasterio commorantes, fatemur praesentibus literis nostris nos in rationem interesse, de summa florenorum mille nobis debiti ab egregio domino Michaele Ztenichniaky, perceptore proventuum camerae Hungaricae percepisse florenos triginta duos hungaricos. Super quibus florenis triginta duobus eundem dominum perceptorem quietum atque expeditum reddimus harum nostrarum testimonio, quos sigillo nostri conventus obsignavimus ac manus propriae subscriptione fratris Mathiae Borhy, ministri nostri corroboravimus. Actum Posonii, die vigesima prima decembris, anno domini octuagesimo octo. Idem frater Mathias Borhy, minister manupropria.

Oldalt balra: q. pro. flor. 32. Rányomott papirpecséttel, eredeti.

62.

1589. március 30. Pozsony.

A pozsonyi ferenczesek nyugtája az 1000 forint kamatjából fölvett 25 forintról.

Nos fratres ordinis minoris Sancti Francisci hic Posonii in monasterio degentes, fatemur praesentibus literis, nos in rationem interesse, mille florenorum, ab egregio domino Michaele Ztenichniaky, perceptore proventuum Camerae Hungaricae, percepisse florenos viginti quinque Hungaricos. Super quibus florenis viginti quinque eundem dominum perceptorem quietum atque expeditum reddimus harum literarum testimonio, qua sigillo nostri conventus obsignavimus ac manus propriae subscriptione nostri ministri, fratris Mathiae Borhy corroboravimus. Actum Posonii, die penultima martii, anno domini 1589. Frater Mathias Borhy manupropria.

Oldalt balra: q. pro. flor. 25.

Rányomott papír pecséttel, eredeti. Nemzeti Múzeum levéltári osztálya. Törzsanyag.

Ugyanott még egy nyugta található 1589. szeptember 12. datummal 10 forintról, melyet a barátok szintén a fönti címen vettek föl.

63.

1589. április 26. Tulcsik (Tölcsszék).

Kapi Zsigmond levele Péchy Zsigmondnak. Örömét fejezi ki, hogy tanulmányaiból haza érkezett. Három évvel előbb Berzeviczy Mártonnal együtt ő is Poroszországba utazott és a danzigi gymnasiumban folytatta tanulmányait, de a ragály miatt nem maradhatott ott, hanem hazajött. Itáliában szerette volna tanulmányait folytatni, de midőn hiányait, nagy tapasztalatlanságát elméjében forgatta, segítő után keresett, akinek vezetésével biztosabban célhoz érhet. Így tudta meg, hogy Forgách Simon fia, Mihály az olasz nyelv végett Itáliába megy; Forgách Simonhoz fordult tehát, s ígéretet kapott, hogy saját költségén elkísérheti Forgách Mihályt Itáliába. Mivel hallotta, hogy Péchy is Forgáchcsal utazik, kéri, jöjjön vele Forgách Mihályhoz, akit jobban ismer, mint ő, és tárgyalják meg együtt az utazás részleteit.

Salutem a Christo, fonte omnis bonitatis veramque sapientiam, et augmentum continuum vitae praesentis, cum officiorum meorum prompta, parataque commendatione etc.

Animi tui dotes adolescens praestantissime velut in speculo tuum illud repraesentavit scriptum, quod si tuo unius Marte confectum fuit, sicuti fuisse nihil addubito,

ausim tum mihi, tum saeculo magnum quiddam de te polliceri. Haec eximia tua indoles, admonet me officii pristinaeque illius necessitudinis renovandae, quae tecum inde ab ipsa pueritia mihi intercessit, ansam praebet. Gratulor itaque mi Sigismunde ex animo, quod te Deus altissimus per totum illud tempus, ex quo jam Musarum castra sequeris, ab omni malo et periculo tum corporis, tum animi clementer protegens, ad patrios tandem lares incolumi, illaesoque corpore reduxerit. Gratulor, quod non immemor illorum versiculorum, quos in ipsa adhuc pueritia in ore saepius agitare solitus es, moribus et arte cultus domum rediisti, atque spe, quam de te (nec sine injuria) eximiam tui omnes conceperant, eosdem minime deludens, votis ipsorum respondisti. Quamobrem, verum illum et indubitatum inspectorem renium, cordiumque scrutatorem, ardentibus compello gemitibus, ut deinceps quoque suo sancto spiritu omnia tua studia ita regat, ita gubernet, quo omnes tui conatus et instituta, cedant ad laudem sanctissimi sui nominis, ecclesiaeque incrementum et incolumitatem. Tu vero candidissime adolescens, perge exemplo defuncti generosi tui parentis piae memoriae, vestigia eiusdem insequi, atque spem tuorum de te conceptam, ex parteque iam perspectam et exploratam in dies magis ac magis in ipsis adhuc adaugere non desine. In hanc sententiam scriberem plura, nisi te tua sponte satis incitatum esse confiderem : Et quicquid attigi, non feci inflammandi tui causa, sed testificandi amoris mei.

Cum igitur ego quoque triennio ab hinc, cum Magnifico Domino Martino de Berzeuice in Borussiam profectus, liberalibus me disciplinis in florentissimo Gedanensium, sive Dantiscanorum Gymnasio addixissem, tandem atrocitate luis pestiferae saevientis, me illic diutius prohibentis manere, compulsus venire domum, animum induxi meum, ut uberioris eruditionis acquirendae gratia Italas capesserem oras. Sed cum hic iterum anxius apud me perpendissem, quam inops consilii, quantus indigentiarum nostrarum sit cumulus, quam denique multae defectuum myriades ; unum talem opitulatorem mihi quaerendum duxi, cuius ductu, et auspiciis, hoc commode consequi possem. Edoctus tandem Spectabilem ac Magnificum dominum Simonem Forgacz, filium suum, generosum ac Magnificum dominum Michaelem in Italiam mittendum sibi proposuisse, quo sermonis Italici quoque familiaritatem sibi compararet, extemplo me ad eundem Magnificum

Dominum Forgacz, hac in re, opem et auxilium eius imploraturus (fölé írva: requisiturus) contuli, qui et ipse non immemor dicti illius Prophetici, in quo Deus omnes eos, quorum tutelae et patrocinio pupilli et orphani commissi sunt, patres eorundem appellans gravi addita comminatione, muneris sui diligenter obeundi admonet; non immemor item se, cum sit a defuncto parente nostro in ultima voluntatis sua contestatione, tutor nobis supremus delectus, non ita egregie perfunctum esse officio, dum modo tutoris nomen retinere mereatur, neglectis interim eiusdem requisitis, sicut non desunt hodie, qui cum sint orphanorum, et viduorum patroni, tutoresque constituti, illis non modo adversus aliorum molestationes subsidio, et ope non subveniunt, eosdemque (lapszélen: ut par erat) protegunt ac tuentur; sed econtrario ipsimet quibusvis iniuriis et infestationibus eosdem divexant et exagitant. Horum inquam magnificus ille rite memor, hac in re auxilio et opera sua mihi deesse nolens, promisit se causam mei effecturum, quo mihi integrum sit Patavium usque, cum filio suo domino Michaele propriis meis sumtibus devenire. Quare cum a nonnullis te quoque una cum domino Forgacz in Italiam proficisci animum induxisse intellexerim, mihi vero nondum quicquam (törölve: noticiae ac) non dicam familiaritatis (közbeiktatva: sed noticiae) cum ipso intercesserit, officiosissime hoc mi clarissime Sigismunde a te si poteris, gratia contendo, ut hisce diebus huc ad me venire, atque hinc mecum ad Magnificum Dominum Forgacz proficisci (cum et necessitudine familiaritateque iam tu cum domino Michaele iunctus sis) non recuses, quo ibi de rerum nostrarum statu instructi, quid mihi faciendum sit sciam. Si vero te quominus ad me venire posses, vel hoc prohiberet, quod quo destituaris, facies me certiorem mi humanissime Sigismunde, ego mittam rhedam pensilem cum equis, vel si malueris asturconem gradarium, aut tolutarium, super quem commode poteris equitare. Maiorem in modum, singularique studio carissime Sigismunde rogo, sine me hoc a te impetrare, ut locus apud te sit huic meae peticioni, neque patere meas esse irritas, et inanes preces, quod si feceris, et si quem aliquando mihi locum tibi gratificandi dederis, non sum defuturus officio meo, et sicubi queam tibi esse commodo, nihil sum recusaturus. Pluribus verbis hoc a te petere, pudore prohibeor, ne illi diffidere videar, quem ego nedum hoc; verum gravius etiam onus mei causa non detrectaturum certo mihi per-

suaserim. (Betoldva: Ne longior sim: felix et faustus) Vale adolescens integerrime, et si quid liberius et imprudentius effutivi, da veniam homini non aliter instituto. Iterum vale, et rescribe. Dat[um] ex Teolczék 6. Calend[as] Maii iuxta ritum veteris calendarii. Anno restauratae per Christum salutis 1589. Tui amantissimus Sigismundus Kappi manu propria.

Cím: Generosae indolis et omni arte liberali politissimo adolescenti domino Sigismundo Peczi, amico summe dilecto.

Eredeti missilis, zöld zárópecsét nyomaival.

64.

1590. augusztus — Nagyszombat.

Thyll János nyugtatványa Nagyszombat város számára 25 magyar forintról, amelyet testvérének Thyll Zakariásnak halála után, aki Nagyszombat város német predikátora volt, — mint annak hagyatékát hiány nélkül fölvett.

Ich Hanns Dü[l] Burger Vund Peckh zw Zwickha im Lanndts Meyssen, Bekhenn hiemit sonnderlich vnd samentlich in diser Quittum, das ich aufrecht vnnd radtlich empfangen vnd eingenomben hab nach absterbung meines Brudern Magisters Zacharias Tyllen gewösner Teytscher Predicant der gemainen Statt alhie zu Türnaw von den edlen vnd ernnesten fürsichtigen ersamen vnd wolweysen Herrn der gantzen Raths der khöniglichen Freystatt Türnaw in Ungern ein Summa gelts. Benändtlichen fünff und Zwámtzig gulden Hungerisch den gelden zu 100 hungerisch Pfening zu rechnen von wegen meines Bruedern Zacharias verlassenschafft, so sage ich hierauff die Ersame ond weyse Herrn auch einen fürsichtigen und erbarn wollweysen Rath der gantzen Statt Türnaw. Ganntz Quit, frey ledig und losz, also dergestalt nach, das ich und meine frainndt von khindts khind an, Nach die ganntze freundtschafft hinfüran zu ewigen Zeytten nimmermher nichtig, zu suechen noch zu fodern haben an den weissen Rath vnd gantze Burgerschafft der hochlőblichen Freystat alhie zu Türnaw (es sey mit oder one recht) wie es den des menschen syen erdankhenn khann, in khainerlay weysz noch wög von innen daselbsten begert werden. Des zu warem vrkhundt vnd versicherung gib ich Hans Tyll von Zwickhaw der ganntzen gemain vnd Statt dise Quittantzen vnd mit meinem aignen

Petschafft verferdiget vnnd aigner Handt vnder schryben. Geben vnnd Beschehen in der khőnigklichen freystatt Türnaw den (üresen a nap dátumának helye) tag Augusti im ain tausent fünffhundert vnd in dem Neuntzigisten Jare.

Eredeti, papirba nyomott pecséttel, a pecséten a tulajdonos nevének betűi: H. T.

65.

1590. szeptember 26. Pozsony.

A kamarai tanácsosok Zlaichich Mátyás szombathelyi provizornak. Értesítik, hogy Ujlaky Lajos vasvári prépost kérésükre vállalja a prédikációt és az isteni szolgálatot Szombathelyen. Kitonich János iskola-igazgató előterjesztésére meghagyják, hogy a szegény diákok számára megkezdett épületet még a tél jövetele előtt fejeztesse be. Ugyancsak Kitonich kéri a diákok heti tartási költségének kiutalását, valamint az iskolához tartozó földeknek a polgároktól visszavételét s ujra az iskolához csatolását. A tanácsosok a kérés teljesítését a provizorra bízzák.

Egregie domine amice, nobis honorande, salutem. Praepositus Castriferrei, reverendus dominus Ludovicus Wylaky, ad instantiam et petitionem camerae huius, promisit se ad tempus isthic esse permansurum, et munia sua tam in concionando, quam in aliis divinis officiis solita fide et diligentia recte peracturum. Quare dominatio vestra edicet etiam civibus et incolis istius oppidi Sabariensis, ut eum pro concionatore suo agnoscant, ei debitum honorem et reverentiam, uti par est, deferant, nec aliquid eiuscemodi contra ipsum committant, de quo merito accusari possint.

Caeterum, Joannes Kithonitius, ludimoderator ibidem, petit, ut inchoata eius scholae aedificia, pro pauperibus studiosis pernecessaria, antequam hiems nos praeoccupet perficiant. Cum autem ea exigua colonorum et civium ibidem opera perfici posse intelligamus, iustum omnino censemus, ut miseris scholasticis, quorum in ceremoniis ecclesiasticis et cultu divino rite peragendo maximus est usus, provideatur, ne metu venturae hiemis perterriti, alio migrare, scholamque illam vacuam relinquere. De omnibus curet ergo dominatio vestra ne id eveniat, sed ita ipsis prospiciatur, ut commodum isthic manendi et durandi habeant locum.

Petit etiam idem rector scholae eiusdem, ut iisdem scholasticis, solitam singularum septimanarum provisionem ex arce restitui faciamus. Quare dominatio vestra, ea eti-

am in parte id faciat, quod aequum iustumque erit, et quod antea huius gratuiti provisionis nomine, ipsis praestitum fuit, id eodem modo, deinceps etiam, ut sese melius, faciliusque alere et sustentare possint, et diligentiores in divinis officiis sint, ipsis certo praestari curet.

Postulat postremo dominatiomi vestrae injungi, ut omnes terras, ad scholam pertinentes, e manibus civium excipiat, et manibus suis assignet. Cuius petitionem non iniquam videamus, dominationi vestrae iniungimus, ut id quo ita in effectum deducat terrasque de jure et ab antiquo ad scholam ipsam pertinentes e manibus privatarum personarum excipiat, et dictae scholae rectori assignet et utendas tradat. Valeat feliciter. Posonii 26. septembris 1590. Sacratissimae Caesareae Regiaeque Maiestatis Camerae Hungaricae consiliary.

Kívül: Egregio Matthiae Zlaichich, provisori arcis Sabariensis etc. Amico nobis honorando.

Más kézzel: Provisionem studiosis concessit Camera, sumpto initio a die ultima septembris, quae fuit dominica 16. post Trinitatis. 90. Exhibitae 29. 7-bris.

Eredeti, papíron, 3 drb. rányomott pecséttel.

A levél melléklete: Ego M. Joannes Kythonitius de Kozthanicza, ludimoderator apud Sabarienses: fateor et recognosco per praesentes literas meas, studiosos meos, ab egregio Martino literato Zekeres rationista arcis Sabariensis, suae Sacrae Caesareae Regiaeque Maiestatis, ex liberali provisione, a dominica septuagesima, usque ad dominicam Trinitatis inclusive plenarie et integre levasse ac recepisse florenos Hungaricos octo et decem. In cuius rei testimonium praefato Martino literato, hanc syngrapham meam dedi. Actum in gymnasio Sabariensi. 3. Julii 1591.

66.

1590. október 22. **Pozsony.**

A pozsonyi ferenczes barátok a kamarától nagy szegénységükre hivatkozva, élelmet és ruházatot kérnek, hogy a fenyegető tél ellen magukat valahogyan megvédhessék. A kamara 50 forintot utalványoz ki a kérvényezőknek.

Reverendissime ac generosi domini, domini mihi observandissimi. Orationum mearum devotarum commendationem.

Quantis necessitatibus atque miseriis calamitosum hoc nostrum monasterium ad praesens in tanta omnium rerum penuria prematur, dominationibus vestris reverendissimae ac generoso, satis superque notum esse arbitramur, confugiendum itaque nobis ad reverendissimas ac gene-

rosas dominationes vestras est, orantes demisse, dignetur pro commodiori monasterii nostri proventibus omnino orbati, fratribusque in eo degentibus, sustentatione, aliquam pecuniae quantitatem benigne suppeditari mandare, ne imminentis hiemis asperitate, victu et amictu destituamur. Orabimus dominum deum pro diuturna reverendissimae ac generosae dominationis vestrarum incolumitate assiduis precibus. Quarum gratiam cum benigna expectamus resolutione. Earundem devoti capellani. Minister et reliqui fratres in hoc monasterio degentes.

Kivül: Humillima supplicatio fratrum in monasterio Posoniensi degentium.

Máskézzel: Domine perceptor, fratribus divi Francisci Posoniensibus numerate in rationem provisionis eorum florenos Hungaricos quinquaginta, accepta quietantia. Actum Posonii XXII. octobris A° LXXXX.° Ex consilio Camerae Hungaricae S. Caes. Maiestatis. Episcopus Nittriensis mp. Ladislaus Cubiny mp.

Eredeti, papiron.

67.

1592. március 26. Kassa.

Thury János diák Kállai Lökös Lőrincet értesíti megbizásaiban való járás-keléséről, végül igy folytatja:

. . . kgd irtt vram az Byblia felol ys, azert vagion itt az en boltombanis, ky mind egy keonyben vagion keottve, eoromest oda attam volna, de az lowon nem vihete el az kgd zolgaya. En kgdnek vram az en zegeny reondem zerent valo zolgalatomat ayanlom, kgd paranchiollion bizwast, az mire eleg vagyok, zeretettel zolgalok kegnek, mint io akaro bizodalmas vramnak. — Az ur isten sokaig jo egessegben eltesse kgdet, minden kgdhez thartozokal. Datum Cassoviae 26. die marcii, anno 1592. Zolgal kgdnek myndenkor Janos dyak Thury, Cassan lakozo mp.

Cim: Generoso ac egregio domino Laurentio Lwkeos de Callo etc. domino et fautori mihi semper confidentissimo.

Papiron, eredeti. Az *y*-fölött az eredetiben két pont van az egész levélben.

68.

1592. szeptember 20. Gyulafehérvár.

Báthory Zsigmond Scheffbaumer Mátyást Körtsher György és Jakob Pál polgárok ajánlatára kinevezi kisselyki lelkésszé, megadván neki mindazon jogokat, melyek őt hívatalánál fogva megilletik, kikötve azonban, hogy előbb a neki szóló hűségesküt tegye le és fogadja meg, hogy a rábízott nyájat hite szerint kellőképpen megoltalmazza, javait nem idegeniti el, sőt az elidegenitetteket visszaszerzi.

Sigismundus Bathori de Somlio Waiuoda Transsylvaniae, et Siculorum com[es etc] Honorabili Matthiae Scheffbaumero, plebano oppidi Kis Selk, in sede Mediensi inferiori existentis, habiti, salutem et favorem. Vita erudita atque mores tui honesti et probati, quibus a deo altissimo insignitus et decoratus perhiberis, faciunt, ut te digno virtutibus tuis praemio prosequamur. Te igitur tanquam personam idoneam et benemeritam, ad praesentationem honestorum et circumspectorum Georgii Körtsher et Pauli Jacobi, civium dicti oppidi Kys Selk, in plebaniam eiusdem oppidi kis Selk, per spontaneam resignationem honorabilis Petri Lupini, veri, ultimi et immediati plebani eiusdem oppidi kis Selk, nominandum, eligendum et confirmandum duximus, dantes et concedentes tibi plenam et omnimodam authoritatem in hac functione tua rite et pro consuetudine omnia ea exequendi, quaecunque tui munera censebuntur, praestito tamen nobis prius iuramento super fidelitate nobis observanda et quod oves fidei tuae concreditas et commissas fideliter verbum dei docebis, sacramenta eccleasiae rite et iuxta institutionem Christi administrabis, bona ecclesiae tuae non dilapidabis, imo dilapidata quoque et abalienata pro posse tuo recuperabis, ac ad ius et proprietatem ecclesiae praescriptae reducere studebis. Imo nominamus, eligimus et confirmamus harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante Datum in Civitate nostra Alba Julia, die vigesima mensis Septembris. Anno domini Millesimo quingentesimo, nonagesimo secundo. Sigismundus Bathori Wolffgangus Kowachoczy cancellarius.

Rányomott pecséttel, eredeti.

69.

1592. október 18. Lelesz.

Gratiam in Filio Dei. Viri clarissimi, gratum mihi est, quod de idoneo, ita auguror, scholae oppidi nostri gubernatore per vos tempestive prospectum sit; longe vero gratissimum erit, si designatus Nolanus fidelitatem pubi scholasticae, diligentiam vero civibus nostris suam ita comprobaverit, prout ingenuum et ad magna natum juvenem decuerit. Gratas vobis gratias pro navata fideliter opera nunc quidem ago; referam, ubi commoda occasio, qua meam vobis ingenuitatem declarem, affulserit.

Diem a vobis praefixum necessitas oppidi antevertere satagit, vetus enim praetor novum ex more dominis terrestribus sequenti adhuc septimana repraesentare vult in comitatu Scepusiensi degentibus. Quare praetor noster per suos sese sequenti die Lunae apud nos sistet, die Martis rectorem domiducturus. Accommodet itaque et Nolanus noster sese voluntati praetoris nostri, sed eum serio cavere volo, quod etiam gymnasii vestri leges imperant, ne propter convivii valedictorii epulas tantas faciat expensas, quantas ne ipsius quidem annui reditus quadrans sit exsolvendo. Valete feliciter magno Ecclesiae bono.

Dabam 7. Januarii 1634.

2.

Reverendo viro pastori ecclesiae in Kenis.

Gratiam et pacem Dei cum felicissimo novi anni decursu tibi tuisque precor.

Reverende vir! En a nobis profectus ad vos Stephanus aurifaber de Bihar celebraturus nuptias cum sponsa sua nobilis Georgii Dédesi Baxaiensis filia, qui quoniam tenuioris est fortunae, quam ut seorsin a socero suo connubiales epulas peragere posset, ex consensu et consilio suorum benevolorum decrevit ibidem in Baxa ecclesiae tuae filiali nuptias peragere. Quia vero opera tua indigebit in copulando, tuto poterit Reverentia tua veluti libe-

ram personam ritu Ecclesiae consueto conjungere, quod ut non difficulter praestet, eandem fraterne peto, Deique protectioni commendo. Vale feliciter. Dabam Liscae dominica 1. post nativitatis Christi dominicam. Anno 1634.

3.

Rectoribus gymnasii Patakinensis.[1]

Felicissimum totius anni novi decursum vobis vestrisque animitus precor, et amicitiam meam commendo.

Nupera confisus benevolentia vestra, in quam petitione mea non inviti condescendistis, ne numerus gymnasii vestri alumnorum per discessum a vobis ad nos Nolani nostri diminutionem patiatur, en succedanium ex schola nostra praesentium exhibitorem Johannem Szűrtei, parentibus quidem tenuioris sortis progenitum, at bonae indolis juvenem commendo, qui fere biennio campanatoris munere functus, ita fidem et ingenuitatem suam mihi et oppidanis comprobavit, ut dignus a me judicatus sit, qui et a me de meliori nota commendaretur et a vobis in auditorum vestrorum catalogum reciperetur. Quare etiam atque etiam clarissimas dominationes vestras peto, largiamini eam mihi gratiam, ut ipsi de commodo contubernio futuraque provisione prospiciatis, ut sentiat commendationem meam non exiguum apud vos pondus habuisse. Quicquid in eum beneficii et amoris contuleritis, in me collatum judico et bene volentiam vestram parili benevolentia, Domino vires impertiente compensaturum spondeo, cui vos vestraque studia commendo. Valete et qui vos unum fecit officio, faciat quoque unum amore. Lisca, 9. Januar.

4.

Decima septima Januarii die Martis interfui conventui nobilium Zemplenini, cui vicecomes Ladislaus Sztárai, notarius Michael Kácsándi, Stephanus Butkai cum Francisco Palagi profuerunt et mensae assederunt, quem ego conventum nomine Ecclesiae sic compellavi:

Nagyságtoknak és ti Kegyelmeteknek jelenvaló tekintetes gyülekezetit az Ur Isten áldja és szentelje meg!

Az Kegyelmes Ur Isten ingyen való jóvoltából, hogy N. és K. az tavaly elmult esztendőt szenvedhető egészségben és békeségben megengedte érni és eltölteni, szi-

[1] Széljegyzet: Johannem Szűrtei campanatorem commendans.

vünk szerént örvendezünk rajta; miért ne örvendeznénk penig, holott az keresztyén atyafi-szerető embernek nem lehet nagyobb öröme, mint keresztyén atyjafiának boldogságos állapotja. Nem csak örvendünk penig, hanem az uj esztendőnek urát is alázatosan kérjük, hogy Nk. és K. ez uj esztendőnek minden részeit is tegye boldoggá, jó szerencséssé és idvességessé, ez mostani gyűlésben penig az Nk. és K. szivét, lelkét és elméjét ugy vezérelje és igazgassa, hogy az Nk. és K. végezése elsőben is az Istennek nagy nevének dicséretire, annak utána nyomorult országunknak békeséges megmaradására és az N. és K. jó hirének nevének tündöklésére szolgáljon.

Mivel nyilván vagyon az Ecclesiánál országunknak következendő pozsonyi gyülése, melyben Nk. és K. nemes követit bizonyos instructióval fel akarja bocsátani: az Ecclesia is, mely az országnak nem utolsó tagja, tapogatván az ő keserves sebeit, Nk és ti Kk nemes tekinteti eleiben azért jött, hogy N.-nál és Kk előtt constáljon az Ecclesiának sebe, melyet az Istentől vett remediommal orvosolja és ha illendőnek itéli, instructiójában is inserálja. Ezt penig nostro videre méltán kivánjuk, mivel az Szentlélek az profétánál az ecclesiát szegénynek, igyefogyottnak és vigasztalástól megfosztatottnak mondotta, az is bizonyára, — Nagyságtokat penig és ti K. az Ecclesiának tápláló dajkáinak nevezte. Az mi szükségünket penig, hogy Nk és ti K. in specie értse, brevi scripto adjuk N. és K. eleiben.

Defectus fuerunt, puta Ujlakiensi pastori ex allodiatura Garaniensi decima sublata; pastori Tarkaniensi ex agris ecclesiasticis antiquus demensus ablatus, via quae ducit in templum, immutatus, ademptus. Volumus habere viam certam et de ea a Magnifico domino terrestri Alexandro Sennyei assecuratoriam obtinere.

5.

Venerando domino Michaëli Szepsi, pastori Tarczaliensis ecclesiae et seniori.

Gratiam Dei Patris Filium cum felicissimo novi hujus anni decursu, animitus tibi tuisque charissimis adprecor. Ex nupera Thaljensi synodo scripserat ad me R. P. T. se propter gravamina Ecclesiae tollenda certos ad futura regni comitia velle destinare legatos, utque vestris nostra quoque adjiciamus suffragia, petere. Quod ego sic

interpretor, quasi P. T. aliquos ex Reverendis fratribus inspectioni tuae subjectis Posonium vellet ablegare, nosque illis comites adjungere debere. Si ita placuit nobis, ut ex quatuor dioecesibus certum in locum a P. T. monstratum in vicinis delegati conveniamus, et cum de methodo itineris, tum de expensis deliberemus. Tempus quidem breve esse videtur, verum negocii difficultas consensum nostrum unanimum requirit. Ego proxime die Martis praeterito conventui nobilium Zemplenini interfui, quibus postquam strenae loco votum novi anni obtuli, totiusque fraternitatis nomine demisse oravi, et mox exoravi, ut ecclesiarum nostrarum gravamina, praecipue salariorum ademptionem interstructioni legatis dandae interserant, iisdemque causam nostram ita commendent, ne amplius similem Ecclesiae querimoniam audire cogantur. Solus ad P. T. R. transiissem, verum propter grave crimen quorundam Sarajensium cras, dicto scilicet die a domino terrestri, Monacho, ibidem comparere totam causam Monacho declaraturus cogor. Caeterum, si omnes ecclesiarum vestrarum difficultates scripto tcomprehensas habetis, hunc etiam defectum R. P. T. inerest notare, quod in inspectione nostra Horvatini, sed ad P. T. R. dioecesin pertinente comes Melchior Alaghi sabbathale ex molendino in pago eodem situato pastori Horvatiensi ademit a spatio decennii, cujus cognitionem dum ego intentus essem, superioris anni vicecomes monuit, ut ejus cognitionem judici nobilium comitatus Ujvár R. P. T. committat.

Lisca, 18. Januarii 1634.

6.

Generoso domino Ladislao Sztárai de eadem Sztára inclyti comitatus Zempleniensis vicecomiti, domino et patrono mihi observandissimo.

Szolgálatomnak ajánlása után, az kegyelmes Istennek bőséges áldását kivánom Kegyelmedre áradni, mind az Kegyelmed kedvesivel egyetemben. Tisztelendő ispán uram, minapiban Zemplénvármegyében való kivánságunkban nagy hátramaradás lött, melyben az nemes vármegyétől kivántuk vala, hogy az mi querimoniáinknak recognitiójára Kegyelmetek szolgabiráját bocsátaná ki. Az első querimonia penig ez volt, hogy az tárkányi templomnak utát megnézné, és ha Sennyei uram ő Nagysága az nemes vármegyének tetszése szerént az Ecclesiát felőle nem

assecurálná, tehát az instructióban beirattatnék. Ezt az egyet szolgabiró uram peragálta, de többet nem inquirált, ezt mondván, hogy az nemes vármegye ennél többre ő Kegyelmét nem bocsátotta. Maga ugyanakkor panaszt töttünk volt, hogy az tárkányi parochiához voltanak bizonyos számu földek, kiket Paczot Ferencz uram, hogy parlagon ne álljanak, megszántatott, de az prédikátornak mind tiszta, mind abajdócz buzát annyit adott belőlök, melyekkel contentus lehetett, de azokat is Sennyei uram ő N. elvötte és semmit belőle az pásztornak nem fizet. Az czékei prédikátornak, az jesztrebinek és ujabban az ujlaki prédikátornak jövedelmébe is belekaptanak. Kegyelmedet mint bizodalmas uramat kérem az Ecclesiának ilyen nagy szükségén induljon fel, és Székely Ferencz uramra és egy esküdtjére egy commissiót és egy-egy pecsétet adjon, mely egyszersmind szolgáljon mind nemes, mind paraszt emberre, melylyel szolgabiró uram idézhesse, az kiket akar, és inquirálhasson. Az Istentől veszi Kegyelmed az ő Ecclesiája mellett való fáradságának jutalmát, ha az Ecclesia magától elégtelen leend is az megszolgálásra, mindazáltal igírjük Kegyelmednek egyen-egyen szolgálatunkat és Istenhez nyujtott könyörgésünket. Lisca 28. Januarii.

7.

Reverendis et Clar. viris, domino Johanni Miskolczino Ujlakiensi (igy !), domino Johanni Kállai Terebesiensi (igy !) et domino Johanni Kassai Szécsiensis ecclesiae pastoribus, dominis et fratribus in Christo charissimis.

Gratiam et pacem a Deo Patre per Filium precatus, amicitiam meam . . . offero.

Inclytus dominorum nobilium comitatus ad geminam nostram instantiam Zemplenini factam solenniter emisit judicem nobilium pro inquisitione intertentionis quorundam redituum ecclesiasticorum, quam referre debebit in futuro conventu, XI. Februarii Galszecsini proxime celebrando. Quare dominationes vestras Reverendas serio moneo ex consensu dominorum fratrum, interesse velitis illi conventui, ut audiatis domini judicis relationem et tandem apud inclytum comitatum instetis, si inquisitio illa digna videbitur, ut instructioni legatis dandae inseratur. Secus non facturae. Raptim Lisca 6. Februarii 1634.

8.

7. *Febr.* Petrus Pataki pastor Ujheliensis circa Beregszász cupit testimonium Laurentii Pataki pastoris Azariensis de bonis Patakinensibus.

9.

Superattendenti transtibiscano commendo Georgium Ónadi ex Zalkod ad Rakomaz.

Venerande vir, Domine et in vinea Christi honorandissime synerge! gratiam et pacem cum Spiritus Sancti sanctificatione precatus, officiosam amicitiae et fraternitatis thesseram ..... offert. Praesentium ostentor Reverendus Georgius Onadi, qui antea per quinquennium sub senioratu Reverendi Francisci Ráczkevi in ecclesia Igar dicta in comitatu Kisheves pastorali functus dicitur officio, nunc iterum a nobis ex ecclesia Mesopotamiensi Zalkod, ubi biennio docuit, Tibiscum transnare, sed non sine cortice contendit, serio apud me institit, ut commendatoriis meis suffultus, liceat iterum sibi apud bonos, idest apud vos pingviori bolo nutriendus bene agi. Cujus ego petitioni, quia nec debui, nec volui deesse venerabili pietati tuae talem commendo, qualem vicinia mea cognovit, hoc est virum probum et officio suo fideliter functum. Quare pietatis tuae venerandae fuerit, eodem hunc, quo alios fratres solita est, affectu complecti deque functione prospicere. Praemium sacerdotale a supremo brabeuta, a me meisque amoris honestamentum expectatum. Vale vir venerande maximo Dei et Ecclesiae suae orthodoxae emolumento. Raptim Lisca 15. Martii 1634. Tuus omni officio et pietate conservus Steph. Miscolcinus, almae fraternitatis in dioecesi Zemplen. senior.

10.

Stephano Tholnaeo Patakinun Michaelem Göncium pro diacono commendo, 6. april.

S. P. Quandoquidem mearum est partium vulneribus Ecclesiae secundum vires mihi divinitus commissas mederi, defectusque supplere, ne quid detrimenti grex Domini in absentia pastoris sui capiat: mei me officii ratio cogit, ut vestrae quoque ecclesiae rupturam resarciam et pie in Christo denati Carolii locum alium non minus

idoneum sufficiam. En itaque vir clariss. praesentium latorem Rev. et Clar. Michaëlem Göncium tibi tuisque de nota meliori commendo, et cras experimento concionali facto, si Reverentiae tuae et sanctae piorum congregationi placuerit, pro fideli in vinea Domini synergo recipere, non puto alienum a functione sibi oblata futurum, dum modo liceat sibi aliquantulum commodi redhostire, quo olim alumnus ejusdem gymnasii cum esset, juvenem adhuc ad hanc functionen formavit et firmavit. Vale.

11.

Ujhelyini in die Palmarum occasione nundinali in negocio Joannis Kövi pastoris in Zétény. 1634.

Az tavali esztendőben Butkai István viceispánságában esküdtit kibocsáttatta volt az falukra szerin szerte az vármegye commissiója szerént ad comnunem inquisitionem, ahol orgazdát, lopót, gyilkost, tolvajt, paráznát, istenkáromlót etc, találhatnának, megfognák és megbüntetnék törvény szerént. Zéténye jutván, ott is mindent megesküdtettenek egy ember kivűl, Nyáriné asszonyom jobbágya volt ez, de Rákóczi Jánosnénak szegődött disznópásztora. Az az ember kétséges ember volt, annak okáért az falu is egykor hitit latorságáért rejiciálta, minekokáért távol kerülte az hitet mindaddig, hogy ezelőtt mintegy három héttel az zétényieknek gyülések lött és eszekben jutván az a dolog, azt az legényt is behítták, megrekesztették és addig ki nem bocsátották, hogy az pásztor is jelen lévén az gyülésben, nem is inhibeálván, juratus et examinatus, azt vallotta, hogy az prédikátort látta az peresek menyével, hogy együtt beszélgettenek. Interea az prédikátor dolgát elvégezvén az polgárok között, az legény nem nyughatott, hanem az conscientia furdalván, az bírót harmadmagával kihítta és azt mondotta, lelkemen el nem viszem, jó uraim, de nem itt künn volt az a dolog, hanem az disznók ólában belűl setétben találtam őket, egymáshoz közel lekussadván, de semmi cselekedetet, sem annak jelét én nem láttam; az asszony-embert megfogom vala, de elmene gyorsan, kijövék, hogy utána fussak, de hát immár messze ment; visszatérék és az prédikátor szemközben jött énreám, tagadatlan kapdosni kezdék rajta, hogy vagy az süvegét vagy az könyvét az hóna alól elragadjam, de megbíra engemet és az szekerczét elvövé tőlem és annak utána megadá.

Deliberatum: Az Ecclesia előtt vékony az a pásztor

felől való suspicio, mivel az testis csak egy, az sz. Pál tanitása ellen vagyon, az is penig nem jámbor, lopó és az emberek szájában forgott. Noha penig Kaposi uramnak ugy tetszik, hogy mivel mostan terminált, vadat cum pace az Tiszán tul, mindazonáltal ez az Ecclesiának tetszése, hogy ha mind az auditorok, mind az pásztor megegyesednek, illendőbbnek tetszik, hogy avagy csak esztendeig maradjon még Zéténybben, hogy ez suspicio inkább eloszoljon; mert ha elmenend, inkább felmarad az suspicio az pásztor ellen. Erről irtam Rákócziné asszonyomnak is.

12.

Cursiles pro visitanda ecclesia Kozmaiensi Keresztur, Bénye, Tolcsva, Patak, Ujhely, Ujlak 11, April. 1634.

Gratiam et pacem a Domino per Immanuelem nostrum precatus me meaque studia pietatibus vestris commendo.

Gravis, quia vetus et magnam animorum jam exulcerationem peperit, controversia inter auditores ecclesiae Kozma et Kolbása, oborta ob antiquatum sylvae caeduae priscum usum, pro aedificanda parochia Kozmaiensium, quam licet in duabus jam generalibus decisam norint pietates vestrae, tamen, quia huic controversiae etiam pastor loci dicti non solum sese immiscuisse, sed etiam quasi incentivum quid esse perhibeatur, aliter fieri non poterit, quam ut per modum visitationis et testimonia, totum hoc negocium in lucem et oculos hominum veniat; et tandem aut componatur, aut scissio filiali ecclesiae concedatur. Quamobrem Reverendas et Clarissimas pietates vestras hortor, adsitis peractis feriis paschalibus statim die Mercurii vesperi in pago Kozma. Quod si vero mihi per infirmitatem emanere necessum fuerit, Reverendo domino Urbano officium praesidentis committo, qui pridie ejus diei postquam vesperi apud me futurus est, informationem a me accipiet. Valete quotquot estis, una salute omnes.

13.

Anno 1634 April. die Lunae secunda feria Paschae sponte manum dedit suam scholae nostrae Liscensis rector, se munus pastoris subiturum, et tunc precibus impetravit cathedram meam, et hora pomeridiana docuit ex Ephes. 5. v. 2.

14.

Visitatio Kozmaiensis praesentibus Keresztur, Bénye, Tolcsva, Patak, Ujhely, Ujlak, Jesztreb, Kápolna, Szilvásujfalu, Azar, 20. April. 1634. die Jovis.

Az kozmai mater és Kolbása filialis ecclesia között nagy controversia volt az kozmai parochiának épitése felől, mivel az régi usus szerént az kozmai nemesek nem adtak fát az az ő erdejökről való épitésre, az kolbásiak penig azt mondották, hogy az magok erdejökről ők nem épitenek, mert soha nem is épitettek, mert erdejek is olyan nincsen, nem is épitenek. Az kozmaiak igirtenek fát, hac conditione, ha az kiskarácsoni, nagypénteki és pünkösdi reggeli órát nekik adják az kolbásiak; ellenben az kolbásiak azt mondották, hogy nem az legyen, ők inkább magoknak fognak pásztort tartani, ha az Ecclesia reámegyen, kinek valahol teszik szerit, ha mind pénzeken kelletik is, de az magok fájából épitenek mind parochiát, mind az mi az parochiához kivántatik.

Az Ecclesia igy componálta az dolgot, hogy az régi usus szerént az filialis kolbásai ecclesia az kozmai erdőről épitsen az kozmai prédikátornak museumot, egy kamarát és egy istállót, és az scholában az mester házát, ily véggel, hogy az kolbásaiaké legyen mind az kiskarácsoni és nagypénteki reggeli óra, de az pünkösdnapi reggeli óra az communióval az kozmaiaké legyen, az másik óra ebéd előtt az kolbásiaké legyen, az hétfői reggeli óra penig az coenának distributiójával az kolbásiaké legyen. Erről levél költ, melyet mind az kozmai, mind az kolbásai nemesek pecsétekkel és subscriptiójokkal corroboráltak, melyet az vármegye előtt is publicálni fognak, bizonyos somma pénznek büntetésével melyet nemes vármegye ispánja exequáljon, az ki ennek ez végezésnek felbontója legyen.

Ugyanottan Valentinus Terebesi, az kazsui pásztor megfeddettetett, hogy senior hire nélkül az kisazari egynehány nemesektől hivattatott és az helybeli minister egyelsőben nem is tudván az dolgot, mind az két Azarban nagypénteken prédikállott és őneki az azariak senior hire nélkül vocatiót is instituáltanak. Melyért inhibeáltatott, hogy Azar nélkül ellegyen.

15.

Az géresiek Andreas Ujhelyin senior hire nélkül kiadtanak és az szentesi pásztornak töttek hivatalt, melynek per visitationem Kaposi uram menjen végére, ha

igaz okot nem adhatnak, miért bocsátják el, mint szintén az ő praedecessorát is, és semmiképen meg nem marasztják egynehány nemesnek ellene való torzsalkodásáért, interdictumban vettessenek mindaddig, mig az Ecclesia előtt kedvet találhatnak, hogy usussá ne vegyék az pásztornak ok nélkül való elbocsáttatását.

16.

Anno 1634. 25. April. die Martis Patakini.

Praesentibus R. Michaële Szepsi, Urbano Kistaludi, Stephano Tholnai, Andrea Prágai, Matthia Komjáti in parochia Patakinensi bényei prédikátornak, Szepsi Mátének özvegye protestált Suri Mihályné ellen, mivel az ő Kegyelme boltjában ládáját feltörték és 300 vagy 400 aranyat belőle kiloptak, hogy az minemü épséggel vitte az ő Kegyelme boltjában ládáját, azon épséggel várja ismét kezéhez. Ugyanakkor Suriné is protestált, hogy aznapságtól megfogván sem annak, sem az több ő boltjában való letett ládáknak nem akarja gondját viselni.

Ebéd után ismét hora 2. diei Suriné asszonyom praesentibus iisdem ezt az kérdést proponálta, hogy meg akarja tudni, ha Máté papné Surinére való gyanakodván mondják (sic!) ezt, hogy ő Kegyelme adja épen elől az ládát, avagy másra való gyanuságra nézve, hogy mással adassa elől épen az ládát.

Respondit Michaël Szepsi, az törvénykor mondják azt meg, kire gyanakodik.

Vide de tali furto Exod. XXII. v. 10. 11. 12.

Ha valaki az ő felebarátjának adand szamárt, vagy ökröt vagy juhot, vagy valami egyéb állatot tartani és az meghaland, vagy megsértetik, vagy ellenségtől elhajtatik, ugy hogy senki nem látta: az a két ember között való dolog bocsáttassék az Istenre való esküvésre, hogy az ő felebarátjának marháját el nem lopta amaz, az kinél az marha volt, és az marhának ura megelégedjék annak hitin, és ne fizessen az semmit. Hogyha ellopták az marhát, megfizessen az urának.

17.

Cursiles pro visitatione Olasziensis ecclesiae ad Bénye, Tolcsva, Horváti, Ujfalu, Sára, Zsadány, 1. Maji, 1634.

Pax vobis ecclesiisque vestris. Amen. Si tales, quales omnino esse debebant, doctores cum discipulis sese

praeberent, necue extra cancellos doctrinae morumque vagarentur, domi ad valvas templorum nostrorum, ceu Apostolus noster ad Gamalielis pedes aut Maitha Bethaniensis ad Jesu pedes, nos quiete assidere possemus; verum inquietudo nonnullorum nos quoque inquietos reddit et ex ecclesiis nostris invitos aliorsum extrudit. Vereor, ne exemplo suo fidem sermonis faciant vicini Olaszienses, qui gravibus onerando suum doctorem querimoniis, ut colore fucato illum ex pago suo eliminent, quaedam gravamina auribus meis insusurrarunt. Quae quia mihi silentio involvere religio est, placet per modum visitationis totum negotium et cognoscere et componere. Quare Reverendae vestrae fraternitates mecum una Olaszini mature compareant Kal. Maji idest sequenti die Lunae, secus non facturae. Vivite felices et valete quotquot estis una salute omnes.

18.

Commendatio Johannis Rozgonyi ex Olaszi Munkács.

Eximio Jesu Christi servo, domino Stephano P. Ujhelyi, disertissimo ecclesiae apud Munkácsienses collectae pastori et vicinarum inspectori meritissimo, domino in vinea Domini cooperario fautorique honorandissimo.

Gratiam et pacem a Domino per Filium precatus amoris mei obsequium... que offero.

Clarissime vir! ita depravata est post lapsum natura hominis, ut quia immemor illius Paulini, qui stat, videat, ne cadat, quanto minus casum formidat, tanto magis casui proximat, et in obviàm cominus suppetias ferendo eatur, sempiternus sequatur occasus. Hinc praesentium exhibitor Reverendus Johannes Rozgonyi testimonium perhibet, qui cum in ecclesia Olasziensi aliquandiu diligentem Christi ministrum sese in docendo praestitisset, lapsus est, et propter excessus quosdam, non in doctrina, sed in moribus, ne scandalo plebi foret, loco cedere debuit. Contendit per commendationem et simul intercessionem meam Clarissimae pietatis tuae inspectioni sese associare. Quare precibus ejus motus, eundem pietati tuae Venerandae commendo, eandem orans, recipere eum inter suos non dedignetur; erit diligens in munere suo obeundo, dum modo ebrietatem in exilium mittat, missurum autem nullus dubito et autoritate vestra patriarchali monitus et moderni casus poenitudine non leviter compunctus. Vale vir Clarissime domine vetus cum tibi charissimis magno et proficuo Ecclesiae Christi bono.

19.

Commendatio Georgii Szinai ad pastorem Dombradiensem Georgium N.

Gratiam et pacem cum amica salutatione mea.

Reverende vir! Quod ignotus ad ignotum scribam, non est quod mireris, causam enim scriptioni praesentium exhibitor obtulit, qui licet apud notos etiam sine commendatione tuto conversari poterat, tanem apud minus notos testimonialis fulcimento, ne quo pacto lippientibus imponeret, sanctio ecclesiastica opus esse judicavit. Hunc scholae rectorem sub inspectione mea duobus in locis egisse significo, et talem se praestitisse, ut nullum amaricationis fel aures meas de eo verberaverit: talem etiam apud Reverentiam tuam futurum, et aetas ejus maturior et peregrinatio non sponte suscepta et perfuncta spondet; eandem feliciter valere desidero. Lisca, ult. Maji 1634.

20.

Anno 1634. Először 23. Maji, másodszor[1]) az fiával Kereszturban az parochiában praesente domino Mich. Szepsi Szikszai Szőts Andrásné, Szikszai Gergelynek szatmári várbeli prédikátornak az édes anyja instált előttem, hogy az mely pénzt nála letött Tholnai István pataki plébános[2]), tehát azt az pénzt ő kezében szolgáltassam, és az Tiszán túl semmit ne adjak abból, mivel őneki is Szatmártt az fia örökségéből csak harmadát avagy negyedét sem adták, melyet megigértem, de his conditionibus, ha Szikszai Gergelynek Németországban semmi adóssága nem maradt, mert ha maradott, ebből az pénzből kell contentáltatni az adósnak, és az mi megmarad, azt kezében szolgáltatom. Ismét, ha az szikszai pásztor levelével jön hozzám az, az kinek az pénzt kell adnom; én odaadom, de praesentibus apud me fide dignis personis.

21.

Anno 1634. 21. Junii die Mercurii.

Georgius Szobránczinak, ez elmult télen rakomazi pásztornak az öreg napa, Czékén lakozó Veres Mátyásné az leányával, ki felesége Szobránczi Györgynek, jövének hozzám az feleségnek életéről irott egynehány testimonialisokkal, melyeket adtanak az rakomaziak, vinnaiak,

[1] Széljegyzet: 10. Junii.
[2] Itt még egyszer előfordul, hogy „letött."

czékeiek és Stephanus Keresszegi superintendens uram, ki midőn visitatorokat bocsátott volna cum plenaria potentia ecclesiastica Rakomazra, megbizonyosodott, hogy az Georgius Szobránczi rut, részeges, rusnya életü ember legyen, ki feleségét mind kurvának szidalmazta, mind mások előtt panaszolkodott, hogy felesége kurva legyen; azt is mondotta, hogy az ő feleségét az anyja az Vinnai Kristóf katonáinak két garason adta volna el. Tetszett az visitatoroknak, hogy az az felesége addig Szobránczival házassági módon ne éljen, mig férjét az ocsmány gyalázatokért reá nem keresi, és ez ocsmány gyalázatok után tisztességét helyre nem állatja, ha az asszony az maga böcsületit szereti. Haec ex autographo superintendentis scripto Debrecini 20. Febr. 1634.

22.

Georgio Zempléni Bényem 25. Junii.

Salutem in Domino. Nuper socrus tuae Reverentiae sanctae vitae foemina querelam de T. R. apud me deposuit, quod ipsam mirentem nonnunquam solitus sis vexare. Similem querimoniam nunc de T. R. servus viduae D. Szepsini renovat, quod nolueris ipsum cum sua sponsa in ecclesia domini denunciare, quamvis ita nonnullis apud me occasionaliter praesentibus certa sub stipulatione, qui copuletur, judicatus est. Et cum instarent quidam intercessores apud T. R. urgens denunciationem me indigetante contumeliose rejecisti, dicendo: „eb cselekedje, ő Kegyelme Liszkán prédikátor, én Bényén, keveset gondolok én vele". Si aliorum injuriam cum meo contemtu conjunxeris, cogitare, quam pie fecisti, tute poteris. Quaeso, depone aliam bilem, qualis in nostro ordine vitio datur, non virtuti, et temet noveris. Si a tuomet saltem nutu dependere volueris, neque aures pie monentibus aures audihibueris, vereor, ne poenitudine ducaris, sed tarda. Vale Quare et socrui parce, si non aliter, ob senilem aetatem jubente Domino honorare parentes, et praesentium latori, omnia ad nuptias parata habenti. Vale.

23.

Cursilis pro visitatione Zsadányiensi, Bénye, Tolcsva, Horváti, Ujfalu, Sára, Olaszi, Patak duo, 3. Julii.[1]

[1] Széljegyzet: Adfuit occasionaliter etiam Joh. Simándi ex Ujhely.

Salutem in Domino. Reverendi viri et fratres in Christo honorandi. Nescio, quali vento vicini Sadanienses circumacti, iterum contra pastorem suum tumultuantur, locumque ut mutet, omnem lapidem movent. Quid cum illis facto sit opus, nisi visitationis modum, divinare non possum, sed nec pietatibus vestris hac in parte parcere possum. Quare vos universos et singulos fraterne moneo, quatenus Ecclesiae existimationi consultum velitis, adsitis Sadanini mecum una 5. Julii hora matutina 7, et quod in rem Dei faciat, faciatis. Valete, quotquot estis, una salute omnes. Lisca, 3. Julii.

24.

Thót András az derék actio előtt azt mondá az Ecclesia előtt, hogy Máté pap erővel akar közöttük megmaradni.

Utrum: Nem méltó Máté pap arra, hogy többé zsadányi prédikátor legyen. Ratio: Mert Czigándi Ferenczet megszidogatta érdeme nélkül. 2. Tolcsvai Baksa Mihálynak ugy mint szőlő-szomszédjának poharát felesége elszedte. 3. Thót András méhét maga hatalmával házához elhozta, de megengedte ugy, hogy osztozzanak az mézével, de Máté pap csak az köpüjét küldötte meg. 4. Más ember ludai is mentenek házához az háboruságkor, és azokat is befogta. 5. Könyörgéskor részeg volt, hogy ha az tapasz nem tartotta volna, elesett volna. 6. Ferencz uram menyegzőjekor nem ugy viselte magát, mint prédikátorhoz illett. 7. Könyörgésre harangoztak, énekeltek, de azután ment oda az templomban, az mikor immár ki is jöttek az templomból. 8. Tanácsbeli embernek, Bartha Mihálynak azt mondotta, hogy latornak párttartója legyen. Szolgálójának azt mondotta az atyja házánál, hogy egyik lement róla, másik felment; ezeket azért mondotta, hogy elhagyta volt.

Egyik tanácsbeli ember azzal vádolta, hogy hosszan prédikállott. Másiknak is az hosszasága nem tetszett, és értelmét nem adja. Czianko azzal vádolta, hogy az végin nem recapitulálta és az aluvó embereket meg nem riasztotta.

Thót András és Czianko György neheztelnek Máté papra, Patakról akartak mestert hozni, de Máté uram énreám halasztott. 2. Tisztátalan asszonyt tartott házánál, azért szólitotta Thót Andrást. 3. Czianko György ebhitünek mondotta felebarátját. 4. Vannak lopók, paráznák és

egyéb vétkesek vannak, kiknek Thót András igyét fogja fel. 5. Az paráznát Máté Balázsnét törvény szerént nem büntette meg Thót András. Az lopásért meg nem büntették. Egy lopó fiu volt, melyet kiküldött az ecclesiából, sem atyja, sem anyja nem jártak az templomban. Thót András ellenzi az fekete ruha megcsinálását.

NB. Thót Andrásnak öcscse, Nagy János lopásáért méltónak itíltetett ecclesia követésére, megházasodott, és mivel csuklyában akarják követtetni, nem megyen reá Thót András.

Deliberatum. Mivel mind az elől számlált okok is nem elegek arra, hogy Máté papot kiküldjék Zsadányból, és kérésünkre mégis nem acceptálják, és az poena, hogy pásztort ne adjon nekik az Ecclesia, de meddig interdictumban tartja az Ecclesia, addig az szomszéd pásztorok az baptismust administrálják.[1]

25.

Accusatur Franciscus Szentiváni a suis auditoribus Lukaiensibus.

Hogy pünköst után második vasárnap az felesége vonta ki az korcsomáról. Soha nem látják tanulni. Komplárkodik bőrrel, csikkal, bort is árultat. Részeges. Az felesége egy ifju nőtelen legénnyel szokott szekeren imide amoda járni, és felettébb is suspectae probitatis.[2]

26.

. . . . . .

II. Imago ista non est substantialis, sicut est Filius Dei perfectissima imago Patris Col. I. 15. et character personae ejus Heb. I. 3. Sed accidentaria, aliquatenus referens Deum non exaequans.

III. Partes imaginis duae sunt in homine. Una est ipsa animae substantia. Altera sunt dotes animae tributae: quae sunt aut facultates ejus aut adtributa. Facultas falsit (igy!) in mente et voluntate. Adtributum in admirabili gloria, unde dominium in omnes creaturas. Gen. I. 28. 29. et cap. II. 25. Psal. VIII. 6. 7. Sir. XVII. 34.

[1] Széljegyzet: 14. Julii pastorem petitum duo supervenerant, et senior dixit: bizony az házból is kirántjuk, ha nem szolgál neknük, ne pusztítson.

[2] Egy levél hiányzik. Azután — ugy látszik — valami zsinati vitatkozásra kitűzött tételek folytatólagos szövege van meg ismét.

IV. Per peccatum homo imaginem Dei amisit, et praeter reliquias illius nunc possidet nihil.

V. Illa imago rursus ab eodem Deo reparabitur, in hac vita quidem inchoate in electis, sed plenarie in ultima demum resurrectione, quando vetus homo penitus exuetur et novus induetur. Col. III. 10. II. Cor. III. 18.

27.

Par epistolae ad relictam Spectabilis Melchioris Alagi, comitissam Annam Erdődi, 13. Augusti.

Alázatos szolgálatomat ajánlom Nagyságodnak, mint kegyelmes asszonyomnak, és Istentől kivánok Nagyságodnak sok jókkal tündöklő boldog szerencsés hosszu életet kivánsága szerént megadatni. Megemlékezvén igiretemről, melyet az Nagyságod irására és ugyan házamnál levő jámbor szolgáinak kivánságára nyujtottam volt, hogy Ecclesiánknak következendő közönséges gyülésének napjáról és helyéről megtudósítanám Nagyságodat: mostan azt ez irásommal teljesítem be. Annakokáért ha az kegyelmes Isten ingyen való jó voltából békeségben és egészségben megengedi érhetnünk, ez reánk következendő szeptembernek hatodik napján, ugyanitt Liszkán leszen generalisunk; ha Nagyságodnak micsoda eligazitandó dolga leszen az Ecclesia székin, jó idején adom értésére Nagyságodnak, hogy legyen elegedendő ideje az. . . . . emberének az törvényre való készületre. Ezzel Nagyságodat az özvegyeknek és árváknak gondviselő Istenének tutorsága alá ajánlom.

Illustrissimae ac Magnificae comitissae Dominae Dominae Annae Erdődi Illustris quondam comitis D. D. Melchioris Alagi judicis regiae curiae consorti, dominae et patronae meae benignissimae.

28.

Anno 1634. 12. Augusti. Az néhai Szepsi Máté prédikátornak árvául hagyott özvegye az néhai Suri Mihálynak meghagyott feleségét az jelenvaló kisasszony havának 29. napjára, mely szent János napjának is mondattatik, Patakon leendő törvényre citálja. Annakokáért az Ecclesiának jelenvaló pecsétit látván, akkor törvényre elől álljon.

29.

Thomae Debreczeni, praefecto arcis et bonorum Patakiensium. 13. Augusti.

Generose ac nobilissime domine! plurium mihi observandis. officiorum meorum paratissima commendatione praemissa, idvességes testi és lelki jókkal, kivánatos hosszu egészséges élettel áldja meg az ur Isten kegyelmedet, az ő Ecclesiájának jelenvaló és következendő nagy hasznára.

Az két jó emlékezetű és immár az Urban csendesen nyugovó bényei és pataki prédikátor urunknak özvegye között minemü elveszett pénz felől való controversia támadott, kegyelmednél Tisztelendő uram nyilvábban vagyon, hogy sem mint én sok beszéddel való intimálásommal fárasztanám kegyelmedet. Ez elmult szombaton az felpörös törvénynapot kért tőlem és idéző pecsétet, hogy az dolog ha végben nem mehet is egy törvényen, avagy csak fundamentom vettessék reá. Akarám kegyelmedet megtudósítani, hogy törvényre rendeltem 29. diem Augusti Patakon, ennek okáért, hogy ha kegyelmednek micsoda tetszése legyen, és kiket rendeljen törvény-tételre, mivel ez az causa nem mere ecclesiastica, hanem politico-ecclesiastica, legyen ideje az gondolkodásra. Az Ur Isten kegyelmednek akkorra jobb egészséget adván, engedje, hogy az kegyelmetek discursusa által mi is taníttassunk. Az Ur Isten kegyelmedet szerelmesivel éltesse sok esztendeiglen jó egészségben.

Generosissimo domino Thomae Debreczeni, Illustrissimi principis Transsylvaniae domini domini Georgii Rákóczi omnium bonorum praefecto, nec non orthodoxarum ecclesiarum nutricio benignissimo, domino et fautori meo honorandissimo.

30.

. . .[1]) Azok penig az földes urak Bejczi István Hotykán, Zákány András Szendrőben. Az más nyomásra olyan föld vagyon, melyben megyen 4 köböl buza, és kis erdőnek hijják.

Az coenához való kanna itczésnél nagyobb volt, de elveszettnek mondják; végére menjenek; ha az má-

[1]) Egy egyházlátogatási jegyzőkönyv töredéke. Nincs meg a „Miskolczi Csulyak István egyházlátogatási jegyzőkönyvei" (Történelmi Tár 1906.) közt. Valószinüleg Zalkodon volt e visitatio.

sik prédikátor vitte el, meghozzák tőle, avagy mást vegyenek, abroszt is szerezzenek.

Az menyegzősöknek eskütése reggeli órán éhgyomra legyen.

Accusatur pastor, hogy szitkos legyen, jól prédikál, de azt mondja az czinteremből, a hamisan fizető bestye kurvafiak hej az ur dolga miatt későbben forgatták meg kelleténél az földet.

Az kathedrából is hamisan fizetőknek mondotta.

Az könyörgésre későn harangoztat.

Liszkán részeg volt, hivatlan ment menyegzős házhoz.

Pünkösd harmadnapján borivók voltak nála és nem prédikállott. Az birák is ittak, neki is egy korsóval küldöttek, azután az pásztor mégis többet kéretett, és azt izente, hogy ihatnak ők is, mert ő nem fog prédikállani.

András deákot zsidó szakállu, nagy tiszt kivánható bestye kurvafiának mondotta. Az kutyának egy háznál savót töttek volt el, az pásztor reátalált, azt is megitta és az gazdaasszony haragudt érte. Azt mondotta, az praedecessora azzal kérkedett, hogy Zalkodon egy jámbor asszonynál többet nem talált.

Hogy az biró az templomot ki nem seprette volt, az kathedrából hamisnak mondotta.

Pastor de auditoribus. Hétköznap könyörgésre és prédikáczióra ritkán járnak, vasárnap penig Liszkára mennek.

Az lélek, keresztelte mondás az szolga-rend között nem tilalmas.

Az parochia kertelésére kicsiny gondjok vagyon.

Az jövedelmét maga szedi be és hátán hordja maga házához.

András deák az maga háza népét ördög-adtának mondotta, hogy lövöldözni akarván port és golyóbist nem hozott ki az házból.

Az bírót azért mondotta, hogy nem igazán esküdt meg, hogy az Isten tisztességére, az templomra és az pásztor fizetésére gondot nem viselt.

Delib. Az szitkozódás és részegség czégéres vétek, mellyel az pásztor terheltetik, annakokáért ez napságtól fogván mind az kettőtől supersedeáljon. Most ezután bátor csak két szavahihető ember vádolja is azokkal az vétkekkel, canonice bünteti meg érette az Ecclesia.

31.

Excellentisimo viro domino Christiano Augustino doctori medicinae Ab Hortis in Lomnicza.

Gratiam et pacem precatus, officiola mea tenuia licet, prompto nihilominus animo defero.

Excellentissime domine doctor! angor plurimum animo, quod cum amicitia vestra benevola potiri cupio, vix umbram ejus apprehendi propter concionem apud duplex funus habendam, qua peracta sero admodum Excellentissimae dominationis vestrae hospitium salutavi. Necessitate itaque urgente absens consilium Exc. vestrae in potione uxori aegrae conficienda desidero. Si bene memini, tria erant potui inservientia, absynthium, radix helenii, et ebuli. Si Excellentia tua suaserit, omnia vasculo duorum cubulorum vini capaci includam, cui mustum hornum superfundam ad una fervendum, eoque postquam defecatum fuerit utendum. Sed dosin tempusque quandiu erit potione utendum ignoro, ideoque ab Excellentissima dominatione tua edoceri cupio, cum eo siquid praeterea superaddi debeat. Enitor Deo vires et valetudinem suppeditante, ut beneficium Excellentissimae dominationis tuae beneficio recompensem. Eandem diutissime florentem et vigentem desidero. Cursim Lisca, 20. Octob. hora 4. Ao. 1634.

Excellentissimae d. v. studiosiss. Stephanus Miscolcinus pastor ecclesiae Liscensis et vicinarum senior.

32.

Respondit Tholcsva statim.

Admodum Reverende domine amice et fautor colendissime salutem et servitia.

Ubi post prandium praestolatus sum V. R. d. tandem cum non occurrisset nec nunciasset quicquam, jam omnino desperasse de sumendis medicamentis arbitrabar. Vinum huic casui inserviens conficiatur ex aequali portione corticum radicis ebuli (medulla enim nullius usus) enulae campanae et fructuum cynosbati. Major vero addatur absynthii portio, ut illius sapor reliquorum vincat. Usus autem erit ad minimum singulis diebus sextarii unius mensura, mane et vesperi totidem, et vasculum duorum cubulorum vix sufficiet pro 20 diebus; pondus vero debet esse medicamentorum ad singulos cubulos quatuor librae, ita ut Enulae, Ebuli, Cynosbati (vel loco hujus, si

haberi possunt, Alkekengi, meliores enim sunt) singulorum libra, absynthii parum plus ob saporem, bibat ex hoc vino per quatuor septimanas. Interea curet Cassovia drachmam unam Gummi Peruani, ex illo singulis septimanis semel sumat pondere septem granorum hordeaceos (in libra aureos pondere) in aliquo jusculo croco infecto, uti heri retuli, sumat autem mane in aurora, et usque ad 10 a potu, cibo et somno abstineat, tum jusculo aliquo vires reficiet. Hac ratione videbit Deo juvante successum cum affectu. Et quia brevi missurus sum huc aurigas pro vino, significef mihi de statu consortis suae charissimae, uberius dein consilium (est enim semper occasio) suppeditabo. In reliquo V. R. D. officia mea paratissima commendo, et cum tota familia ad vota valere exopto. Ex Tolcsva 20 octobr. Adm. Reverend. V. D. ad servitia paratissimus Christianus Augustinus ab Hortis D.

33.

Michaëli Szepsi seniori Abaujvar Tarczalinum et Benedicto Szegedino s. Borsod.

Salutem et prosperioris vitae usuram vobis,[1] vir venerandi vestrisque precatus amicitiam meam commendo

En iterum Jezabel pium persequi coepit Heliam, quae non contenta reditum Christi ministri jam pridem intercepisse, sed etiam adempta prius clave templi, fores quoque sanctuarii occlusit, reseraturam fortassis Romanensi Baalitae, nisi rex ille coeli medicam adhibuerit manum. Sed et ille vindicem exeruit dexteram erga Ecclesiam suam velut juratum hostem, dum melioris famae heroinas ecclesiarum vere nutrices et promotrices e medio nostri per mortem abripit, et Ecclesiam suam velut oviculam in fauce persequentium relinquit. Angimur propterea animo, et alto suspiria corde ducimus, cum praeterea quid faciamus, non habemus. In hoc tristissimo ecclesiarum discrimine placuit charissimis quibusdam ex venerabili presbyterio nostro fratribus totum hoc negocium ante omnia Pietati tuae et per eandem Venerabili domino Benedicto Szegedino meritissimo dioeceseon Borsod etc. seniori[2] intimae, ut si calamitas ista vobis doleat, dolere

[1] Előbb csak Szepsinek akarta irni s az ennélfogva kijavitott fogalmazasban e helyen kihuzatlanul maradt: tibi.

[2] Bizonyára a megfelelő módositással irta a Szegedinek szóló levelet is.

autem nullus dubito velint, consultandi causa Kereszturinum ad Bodrog 22. novembris confluere, et quid in rem Ecclesiae vergat nobiscum deliberare. Quare Pietates vestras admodum Reverendas et Clarissimas, amice et fraterne hortor, adsint ad diem praefixum in loco praenotato, pro qua promptitudine vestra, ego quoque vestris honoribus et commodis nunquam non deero. Eosdem diutissime magno Ecclesiae emolumento feliciter valere animitus desidero. Dabam Liscae 14. Novembris. Venerand. Pietatum v. studiosiss.

34.

Cursiles Benyem, Tolcsvam, Horvatim, Ujfalu, Saram, Olaszinum pro dedicatione templi noviter aedificati.

Salutem et melioris vitae usuram p. Vicini Visienses et propria moti pietate et aliorum christianorum exemplo ducti, nuper templum noviter aedificarunt, adque umbilicum fine aedificium perduxerunt, hoc unico excepto, ut dedicatione solemni a profano usu sacerrimum Deo nuncupetur, quod a me unice contendunt, ut fiat. Ne itaque currentes mea taciturnitate inhibeam, sed potius bene currentibus calcar addam, templi illius dedicationi sextum Decembris diem Divo Nicolao sacrum destinavi. Quare vos universos et singulos moneo, speciatim vero te, domine Komjáti, ut concione dedicatoria, te vero, domine Zempléni, si opus erit, ut brevi de Coena Domini sermone compareatis in Viss hora octava matutina dicto die. Secus non facturi. Valete feliciter et venite Domino vires et valetudinem suppeditante. Amen. Liscae, 2. Decembris 1634.

35.

Stephano Tholnai et Matthiae Komjáti, pastoribus in Patak et Tolcsva.

Salutem vobis in Filio Dei pr. Doleo et vere doleo, quod in novi conjugii collegae mei primordio vobiscum adesse et praeesse non liceat. Mearum quippe partium fuisset, et proxenetam et insimul paranymphum bono cum Deo agere, quod officii genus Alius mihi, et ipse collegis meis antea semel atque iterum praestiti non illibenter. Quae absentia mea subvereor, ne lacrymas meas nunquam expertis, occasionem sinistre de me judicandi pa-

riat. Quibus vellem constaret, tetricam Domini manum me percussisse, inque profundissimam luctus et squaloris, non tam vestis, quam cordis abyssum immersisse Grave hoc cordis vulnus est, et ita grave, ut quamvis antea quoque semel atque iterum saeva haec mortis sagitta mihi intorta fuerit, nihilominus recens haec, et novitate sua et tanti inaestimabilis unionis decore, et quod supra omnes est, senectutis meae fulcimine penitus surrepto, ita me humi provolvit, ut quoties ejus recordor, recordari autem etiam invitus saepius cogor, toties oculi mei lacrymis madescunt et tamdiu madebunt, donec coelestis quispiam Ales has lacrymas, hoc aut simili consolationis lenteamine absterserit.

Ploratum satis est. Satis est luxisse maritam
Jam dolor Hesperias currat ad usque plagas
Haec fuit aetherei nunquam varianda[1]) volun'as
Caesaris, huic semper quemque parere decet.

Justa haec funebria quodam modo reposcit a me beatissima Catherinae meae anima, quae superstes superstitem velut altera Arthemisia suum Mausolum ita dilexit, ita reverita est, et omnis fere domus angulos liberis pie enutritis ita exornavit; ut stipes essem, nisi me in lessum solverem. Romani in luctu aureis depositis annulis induerunt ferreos: sicut et Hebraei humi recubuerunt, et in publico comparere nefas duxerunt, nemo itaque justus operum aestimator mihi vitio vertere poterit, quod atratus a publicis congressibus me subducam, ne forte austeritate mea plus quam Catonita hilaritates vestras turbem, aut jocoseriis vestris in ectasin raptus indignum cordolio meo problema faciam. Quare date mihi quidem veniam et collegae eam impendite operam, quam ipse impendere deberem, si praesens essem, imo vero huc meae emansionis excusatione partim anticipate aliorum suspicax ingenium, partim praeparate collegae mei honoribus augmentum, ne ex hac mea absentatione scandalum accipiant; et feliciter valete. Dabam Liscae crepusculo Dominicae 3. Adventus 1634.

36.

Generoso domino Gregorio Miskolczi Cassoviam.

Bizodalmas uram s kedves atyámfia, hogy ha az szent Jób panaszolkodván mondhatta azt, hogy az Isten

1. Először „mutanda"-t irt.

megverte őtet, midőn az sátán tetejétől fogván talpáig undok fekélyekkel megverte vala: én is bizonyára méltán panaszolkodhatom, hogy az Ur Isten engemet is megvere, midőn az én kedves Katámot, az asszonyállati tökéletes kegyességnek ragyogó tükörét, édes gyermekeimnek szerelmes anyját, házamnak ékességét és kettős tisztem miatt terhes vénségemnek kivánatos gyámolát és segitő istápját halál által mellőlem reménytelen elragadá, kitől özvegyen való maradásom noha nem ujság (mert ezelőtt is ebből ez keserü pohárból sokszor itatott az én Istenem), mindazonáltal olyan igen terhes és keserü, mintha soha meg nem kóstoltam volna, és olyan fájdalmas, hogy valamenynyiszer eszemben jut, akaratom ellen is penig sokszor eszemben jut, de mindannyiszor sérelmes szivemet az bánat annyira megszoritja, hogy kevés óra, melyen szemeimből az könyhullatás alá nem gördülne. Minekokáért felettébb is fájdalmas az szivem, de mivel Isten cselekedte velem, békével kell szenvednem, hogy Istenem ellen ne vétsek, mert rajtam édes atyám látogatása és orvosló keze, nem ellenségem fegyvere, melyet mindaddig fekete gyásszal kell kötöznöm, valameddig az mely sebet rajtam vágott Istenem, meg is gyógyítja, De vajjon s mikor leszen az? Isten őmaga tudja, melyet noha nekem még meg nem jelentette, mindazáltal Isaias proféta által engemet is int, hogy mig lehet tőlem, házam népét jól rendeljem, mert az én vénségem nem igir nekem hosszu esztendőket. Sok atyámfiai, barátim és jóakaróim között, hánytam-vetettem elmémet ugyan, holtom után édes gyermekimet kinek tutorságára bízhatnám, az kinek tudománya is volna az istenesen való felnevelésre, de kedve is volna az gondviselésre; mindenek közül, igazán mondom, hogy Kegyelmeden kivül senkit illendőbbnek nem találtam. Mert tudom, Kegyelmed az maga szerelmes gyermekit, kiket még kisded állapotjokban házasította el Krisztusnak, miképen nevelte volt fel, hogy mindennek rajtok maradott mind szemek, mind kedvek. Más az, mert az Isten Kegyelmednek annyit adott, hogy az mit táplálásokra hagyok, Kegyelmed nekik megtartja, és ha szintén Kegyelmed az pénznek hasznát veszi is, de ismét helyére teheti, valamikor akarja. Harmadszor mert Isten még mostan Kegyelmednek ez ilyen gyermekekben részt nem adott, annakokáért az édes Kata asszonynak az kisebbik Istók fiam, Kegyelmednek az nagyobbik Gáspár fiam kedves fia gyanánt leszen. Végezetre, mert Kegyelmed királyi nemes városban lakik, az

holott az elvezűlt édes anyjok az istenes életet és mindenek előtt kedves nemes erkölcsöt ugy megtanulta volt, hogy koporsójára is az idegenek reá borulván, keserves jajszóval síratták :[1])

37.

. . . [2]) ad cujus exequias quia ego jure vicinitatis imo et affinitatis cum meis ab illis invitor, quos propius istae lacrymae attingunt. Quare ego rursus pietates vestras vigore praesentium hortor et moneo, ut dicto in loco et horis matutinis funeris deductioni intersint; et mortalitatis memores ex hac calamitatum valle ad felicem in academiam beatorum transitum vita inculpata sese praeparent. In hoc finio et Reverendas pietates vestras diutissime incolumes valere desidero. Dabam Liscae 22. Decembris 1634.

Bénye, Tolcsva, Olaszi, Patak, Ujhely, Zemplén, Helmecz.

VII. Notabilia notanda in progressu anni currentis 1635

Votum : Anni principium Jova faustitet ; et colophonem,
Opto tibi ex animo, melior fortuna coronet.

1.

Cursiles Tolcsvam, Horvátum, Ujfalum, Sáram, Olaszium in negotio scholae Horvátiensis rectoris.

Hic precor, ut currat vobis feliciter annus.

Rector scholae Horvatiensis, immemor vocationis suae, sicut cives pagi ejusdem apud me testati sunt, quosdam excessus fecit virgula ecclesiastica censendos. Quare vos fideles in vinea Domini speculatores officii mei ratione hortor et moneo, ut Horvatini 19. Januarii futuro die Veneris compareatis, excessus illos mecum revisum et compositum. Secus non facturi. Dabam Liscae 16. Januarii 1635.

1. Az eredetiből hiányozván egy levél, itt megszakad a szöveg.
2. A hiány miatt ez is csonka. Valószinüleg közben még teljesen is hiányzik egy-kettő.

2.

Horvátra ad oculatam menvén, vádoltatott volt annak előtte mind az pásztor, mind az rektor, hogy szüretkor kelletinél nagyobb köböllel vötték volna be jövedelmekben adott borokat. Az pásztor köblét az aedilissel megmérettem és nagyobbnak találtatott többel egy meszelynél; de magát azzal mentette, hogy Táncos Ferencz adott volt neki egy köböl bort, és remélvén, hogy egy igaz köböl volt volna és ahhoz mérte az ő köblös dézsáját, Táncos Ferencz penig egy köbölnél valamennyivel szaporábban adta volt az ő adóságát. De mivel scandalosum volt ez factum, egy csöbör borral büntette meg az Ecclesia.

